
OXFORD
INST

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

IOANNES ZONARAS.

TOMUS I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLI.



IOANNIS ZONARAE

ANNALES

EX RECENSIONE

MAURICII PINDERI.

TOMUS I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLI.



PRAEFATIO
MAURICII PINDERI.

Ioannis Zonarae Annales editi sunt primum ab *Hieronymo Wolfio* Basileae anno 1557 tomis tribus (W), deinde a *Ducangio* Parisiis anno 1686 duobus voluminibus (P). codices horum uterque habuit quinos, sed plerosque non integros. Wolfius e codicibus pauca enotavit, Ducangius suos etiam rarius inspexit.

Nos libris manuscriptis quattuor usi sumus, uno Parisiensi antea nondum excusso, tribus Wolfianis.

A codex est Parisiensis Regius 1715, bombycinus, forma maxima, foliis 474 versuum fere 31, scriptus anno C. 1289: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τάχα καὶ μοναχοῦ μωκίου τοῦ ταράνη, μηνὶ ἀπριλλίῳ πεντεκαιδεκάτῃ, ἡμέρᾳ ϛ', ἰνδ. β', ἔτους ,ϛψϟζ'· δόξα σοι ἁγία τριὰς πάντων ἕνεκα. cum exemplari Ducangiano summa accuratione comparavit F. Haasius. — Eo libro vix recentiores sunt duo qui sequuntur.

B codex Vindobonensis 16, membranaceus, forma maxima, foliis 478.

C codex Monacensis 324, bombycinus, forma maxima, foliis 553. hi ambo integros et ipsi habent Annales: adhibiti sunt a nobis ad Praefationem et eos libros quibus res Romanae a gentis primordiis usque ad Constantinum Magnum enarrantur.

D codex Monacensis 93, chartaceus, forma maxima, foliis 546 versuum 30, inscriptus *τοῦ ζωναρᾶ χρονικὴ διήγησις ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου.* Zonaram folio 240 excipit Nicetas Choniata. *καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἐμμανουῆλος ὀμβαιβενὶς ὁ ἐκ μονεμβασίας ἐξέγραψε μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.*

Wolfii interpretationem ubi necesse visum est correxi, annotationes supervacaneas reccidi, singula historiae capita quibus ex auctoribus transscripta sint indicavi. qua de re docte nuper commentatus est Guil. Ad. Schmidtius.

Scribebam Berolini a. 1841.

DUCANGII PRAEFATIO.

Nemo est tum ex nostris tum etiam exteris [1]), qui Regiam scriptorum Byzantinorum editionem velut eximium Gallicae magnificentiae monimentum non suspiciat. et merito sane ac iure optimo, cum, praeterquam quod historiam minus hactenus *notam et quae tot rerum eventis varietur, Romanique imperii universo paene orbi olim dominantis causas inclinationis atque ruinae ob oculos proponat*, typis illa tam elegantibus chartarumque magnitudine adornata exit in publicum, ut quandam prae se ferat maiestatem, et quotquot litteras amant ad sui lectionem quodammodo sollicitet et alliciat. at cum tot inter Regio isto apparatu insignes, Ioannis Zonarae Annales graece semel minusque nitide impressos ac in praesens rariores plerique ex eruditis desiderari monuissent, vir illustrissimus Marchio de Louvois, Regi ab intimis consiliis et secretis, cuius curae aedificia Regia, artes, ipsaque typographia Regia permissa sunt, in idem etiam consilium conspirante illustrissimo fratre Archiepiscopo Remensi ac primo Franciae pari, pro innato non vulgari erga litteras affectu ut auctor Regia editione dignissimus ederetur optimum factum videri sibi significavit. hacce mihi deinde demandata provincia, qua doctiores alios longe melius defuncturos licet minime dubitem, manum statim admovi, codices veteres quantum per tempus licuit collegi et contuli, notasque adieci: quod qualecunque est, aequi bonique consulturos benignos lectores confido.

Enimvero ut de hisce qui nunc prodeunt Annalibus ac de eorum auctore Zonara quaedam praemittamus, hos praesertim

1) Mart. Hankius in praefat. ad lib. de script. Byzant.

commendat scriptoris eruditio, quae non ex iis modo colligi potest, sed etiam ex aliis quam plurimis operibus, quorum indicem huicce praefationi subiicimus; in quibus neque rerum cognitionem neque acre vel solidum iudicium ut nec pietatem quispiam desideret. quin etiam si natalium splendor gestique in imperatorum palatiis magistratus existimationem aliquam scriptori conciliare possunt, quod nemo forte in dubium revocaverit, de illo praecipue qui de rebus politicis, in quibus versatus est, scribere aggreditur, eo sane celebrari poterit et ipse Zonaras. quem caeteroquin ab illo Zonara, qui sub Constantino Porphyrogenito Leonis Sapientis filio in aula vixit [1]), genus duxisse suadet omnino nominis similitudo. quippe in Ioannis et Manuelis Comneni, quibus imperantibus vixit, palatio, magni vigiliarum drungarii seu, ut Latini efferebant, vigilum praefecti ac primi a secretis gestae dignitates, inter illustriores semper habitae, magno fuisse apud imperatores loco satis arguunt. atque ex eo, ni fallor, a Theodoro Balsamone [2]) et a Matthaeo Blastare [3]) *ὑπερφυής* indigitari solet, quod essent inter senatorias praecipuae, cum hocce epitheto senatum ac ipsos senatores donari solitos constet, uti alibi observamus [4]): quo quidem et nobilitas generis et magistratuum splendor exprimitur, cum, ut ait Gregorius Nazianzenus [5]), *μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου μετουσία* habeatur.

Verum abdicatis postea palatinis curis, quo sibi in primis vacaret animaeque saluti consuleret, monachum induit, relictaque urbe imperii primaria in insulam remotiorem secessit: quod ipsemet in praefatione ad Annales testatur: quo loco in iis ut par erat conscribendis librorum defectum causatur, *αὐτὸς ὑπερόριος ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεως ἐν νησῖδι ἐνδιαιτώμενος*. quae vero fuerit insulula ista tanto ab urbe spatio disparata, non promptum est assequi; sed vel inde saltem licet coniicere, venire in dubium quod tradit Andreas Thevetus, scriptor caeteroquin in aliis haud certae fidei, sua aetate visum adhuc in

1) Anonym. Combefis. in Porphyrogen. n. 8.
2) ad Can. 36 Apost.
3) Lit. E cap. 11.
4) in Gloss. med. graecit.
5) Orat. 18 in S. Cyprian.

quodam Montis Sancti (ita Athos hodie appellatur) monasterio Zonarae epitaphium hisce verbis conceptum *ΕΝΤΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*, nisi sub vitae extrema eo dicatur concessisse [1]).

Utcunque de hac re sit, vix aliquot in asceterio annos exegerat, cum eum convenere amici [2]) hortatique sunt ut solitarium istud otium in negotium aliquod conferret, quod et rem publicam iuvaret et aeternae vitae praemium sibi conciliaret: quod quidem maxime assequi liceret si historiam conscriberet quae et resecaret supervacanea et res memoratu digniores nullo verborum ambitu in compendium quoddam contraheret. eos enim qui in hocce scriptionis genere operam hactenus collocassent, rerum quas enarrant seriem fere semper interrumpere inutilibus *παρεκβάσεσι* seu excessibus, vel etiam descriptionibus aut contionibus, atque adeo intempestivis et quae annalibus

---

1) [*Andreas Thevetus* (la Cosmographie universelle, Paris 1575 fol., II 811 a) haec habet *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*. idem *Thevetus* (Pourtraits et vies des hommes illustres, Paris 1584 fol., I 26 b et 27 a) "... toutesfois les Grecz du mont Athos m'ont dit que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueilz qui l'environnent) quelque lieue, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelaque, et de present appellé par les Grecz Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomment Cahyra, les Hebrieux ou Juifs du pays luy donnent le nom de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastere de Grecz. ... Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu .. Callineus son Patriarche .. luy commanda se retirer au mont Athos, .. où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz huict ans sept moys, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monasteres nommé sainct Helie dudict mont, la sepulture duquel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont escritz ces mots en Grec, et la plus part si effacez qu'à grand peine les peut on lire .. *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ.*" insula igitur illa, in qua se degentem libris carere auctor queritur (libro 9 extr.), si Theveto fides habenda, *Gyaros* esset, nobilium virorum famosa exsiliis (cf. Crameri Anecd. Paris. I 179). eo Ioannem Zonaram secessisse ne dubitarem quidem, si constaret ea in insula fuisse monasterium S. Glyceriae: nam librorum in titulis Zonaras appellatur *μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* (Lambecii Comment. de bibl. Caes. lib. VIII p. 995 ed. 2) et *μοναχὸς ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* (I. Zonarae in Canones apost. et concil. comment. p. 1049 ed. Paris. 1618, cod. Paris. Reg. 1321). caeterum *Lemnos* insula, quo S. Glyceriae reliquiae ab Heraclea Thraciae translatae erant, singulari huius martyris cultu celebris fuit. in monte Atho monasterium ei dicatum fuisse nusquam proditur.]

2) praef. n. 1. [p. 4 v. 8.]

parum conveniant de religione disputationibus, dum fidei mysteria exponunt vel haereses confutare aggrediuntur, argumentis e sacra scriptura vel e sanctis patribus petitis. quibus quidem ex chronologis aliquot suggillabant qui ea tempestate in omnium manibus versabantur, auctorem forte Chronici quod Alexandrinum vocant, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum, Georgium Cedrenum, aliosque quorum scripta eiusmodi supervacaneis excursibus passim scatent.

Verum tametsi duas res languorem afferre animis, otium et solitudinem, quod aiebat Tullius, persuasum haberet, et apud Christianos, ac monachos in primis, pravas illas seu cogitationes (λογισμούς ascetici vocant) seu cupiditates, quae mentem a negotiis vacuam invadere solent et in peccata fere semper demergunt, avocare unicam posse occupationem, aegre tamen cessit amicorum hortatibus, cum rem esse cerneret quae librorum, quibus carebat, copiam postularet. at vellicare ii non prius destiterunt quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus impulissent. victus igitur familiarium flagitationibus, et supra allatis adductus rationibus, ad Annales conscribendos se accinxit, cum in hoc secessu agens, ubi ad condendam historiam necessarii libri non suppeterent, si non omnia dicenda complecteretur, veniam a benigno lectore se impetraturum facile sibi persuaderet. in qua caeteroquin conscribenda ita est versatus, ut praecipua et quae alicuius viderentur momenti non omiserit, "eaque in epitomen coegerit tanta elegantia, solus ut videatur assecutus quod contra rerum naturam est, brevitas ut obscura non esset;" quod de Pontio Paulino, qui tres Suetonii libros de Regibus in compendium redegerat, dixit Ausonius [1]). quidam enim sunt, ut aiebat Focas Grammaticus, qui late copioseque scripserunt, ita ut superflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur: alii dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. neque tamen sibi ipsi satisfecit omnino, cum quibus ad operis quod in manus sumpserat absolutionem necesse erat codicibus persaepe careret, quos cum saepius quaesisset, reperire non potuerat,

1) Epist. 7. [19.]

seu temporum iniuria essent amissi, seu negligentius ab iis inquisiti quibus id negotii dederat 1), dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ageret: ex quo factum agnoscit ut consulum et dictatorum historia minus sit absoluta. neque porro mirari debere subdit lectorem, si in iis quos conscripsit Annalibus scriptionis character ubique sibi similis non occurrat, cum aliter fieri vix queat, ut qui historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligit, illorum et dictione et compositione in multis non utatur. quod ita tamen confecit, ut si aliquid de suo interiecerit, id illius stilo quem sequebatur auctoris quantum fieri potuit accommodaverit, ne scriptionis ratio a sese ubique dissidere videretur: cum interim alia longe quam caeteri qui res chronologicas hactenus tractaverant, Annales suos conscriberet, res *nempe quasi de suo componens et narrans, et quod laude dignum est eaque summa, non alienorum furtis plausum captans, neque tractatus integros exscribens,* ut de ipso Zonara scribit Leo Allatius 2).

Non defuere tamen qui censorio quodam iudicio ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint atque adeo perstrinxerint. "omnia" inquit horum alter 3) "ante Constantinum inepte et parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit." sed quam sano ille iudicio haec effutierit vel inde patet, quod a paulo aequioribus iudicibus, iisque pereruditis, quibusvis chronologicis scriptis Annalium Zonarae pars illa quae res Latinas pertractat longe anteponatur. nam cum in recensendis Romanorum gestis ex Dione praesertim, quem minime truncatum ut hodie editus est sed integrum legerat, aliisque scriptoribus qui periere temporum iniuria, hanc historiae partem compegerit, nova fere semper et ab aliis indicta commemorat: ita ut multis in locis de verbo ad verbum Dionem exscripsisse dicatur a Guillelmo Xylandro, Fulvio Ursino, Friderico Sylburgio et Henrico Valesio, istius scriptoris eruditis interpretibus, quibus solenne est ex Zonara aut ipsum Dionem emendare aut Romanos scriptores alios illu-

1) Zonar. lib. 9 n. 31.
2) de Georg.
3) apud Allat. de error. magn. viror. in dicendo p. 126.

strare: unde Theodorus Marcilius [1]) Zonaram et Xiphilinum Dionis subdigas vocat. et certe ita de Zonara sensisse constat eundem Allatium, "qui" ait ille "licet in historia post Constantinum Magnum ieiunior sit, et nonnisi obvia quaeque percurrerit, in his vero quae ante Constantinum ad mundi exordia diligentius et copiosius versatur." non mirum igitur si ab Alexandro Brassicano in praefatione ad Salvianum sincerae fidei historicus, et a Casaubono [2]) dicatur vir eruditissimus. Cedreni codici manuscripto schedam adscripsisse dicitur Wolfius, in qua observabat tractare idem argumentum quod Zonaras, sed habere a Zonara multa de industria praetermissa, brevitatis forte studio, sed certe non praetermittenda, ita ut optione sibi data ab initio Cedrenum Zonarae praetulisset. qui, inquit Xylander [3]), a quo haec ex Wolfio referuntur, ad ea respexit praecipue, quae aliunde quam ex eo repeti non possunt, cum duo priores Zonarae tomi longe alioquin sint meliores ac laude digniores, quam ea quae ad Constantinum usque Magnum Cedrenus collegit. scribit praeterea idem Wolfius [4]) Zonaram alias prolixiorem videri, ut in Iudaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium rebus gestis. in quo quidem si qua culpa commissa est, excusationem habere videri hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quae scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit: qui auctores inter se dissimillimi sunt. quod autem non omnia persecutus est, non tam negligentia quam de industria fecisse.

Verum, licet in iis quae post Constantinum Magnum scripsit obvia quaeque percurrere Zonaram dicat Allatius, longe aliter tamen sensisse videtur exacti vir iudicii Henricus Valesius, qui non modo auctorem sat diligentem haud semel indigitat, sed et in iis praesertim quae eiusdem Constantini familiam spectant, accuratiorem quam in caeteris, neque aliis obvia dicere observat [5]). et sane quanquam in recensendis Cpolita-

1) in not. ad Sueton.
2) ad Hist. Aug. p. 202, 2 ed.
3) in praefat. ad Cedren.
4) in praefat.
5) in not. ad lib. 18 Ammiani.

norum imperatorum gestis, fusioribus forte editis commentariis versati sint Theophanes Cedrenus Scylitzes et aliquot alii, constat id Zonarae in primis consilium fuisse, ut non pleniorem quemadmodum ii historiam, sed contractiorem atque adeo compendium conscriberet, in quo singularia quaeque et quae in re historica praecipui viderentur ponderis perstringeret. ex quibus facile diluitur quod ait Gerardus Vossius, tum in eo maiorem curam et industriam desiderari, tum etiam maxime mirandum esse, virum usque adeo experientem in sui temporis praesertim rebus pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaque iis temporibus gesta sunt, orientali orbe cum occidentali quasi concurrente: adeo ut pauca sint quibus Alexii vitam perstrinxerit. id, inquam, haud aegre refellitur ex auctoris ipsius *Annalium lemmate*, vel ex ipsius *praefatione*, in qua non historiam sed historiae compendium scribere se profitetur; ita ut si prolixiori sui temporis res fuisset persecutus narratione, primum scriptoris officium minime observasse diceretur: cum, ut ait Plinius alter, titulum suum legere debeat, atque identidem interrogare se quid coeperit scribere, scireque si materiae immoratur non esse longum, longissimum si aliquid arcessit atque attrahit. atque ex hacce virorum eruditorum varia de Zonarae Annalibus sententia patet quam infausta sit eorum sors qui aliquid scribere aggrediuntur, cum quibusvis ac fere iniquis hominum iudiciis et censurae ingenii foetus exponunt.

Caeterum in Annalium decursu occasionem interdum captat Zonaras Graecorum suae aetatis mores vellicandi, veluti cum virorum ecclesiasticorum simoniam carpit, comatos et cincinnatos palatinos perstringit [1]), et imperatores, quod abdicato patrio vestitu barbaricum amplecterentur [2]). denique in ipsos adhuc Augustos ac eorum in rebus administrandis publicis tyrannidem gravius invehitur. nam ut Valentis mathematici [3]) de urbis Cpolitanae duratione editum sub Constantino Magno natalicium thema quodammodo tueatur, ne omnino falsum putetur, quam annos 696 duraturam praedixerat, iam olim cum scribebat Zonaras elapsos, subdit aut falsam existimandam Valentis

1) lib. 7 sect. 17.
2) lib. 10 sect. 28.
3) lib. 13 sect. 3.

praedictionem, aut annos illos intelligendos esse quibus instituta rei publicae ac status conservabantur, dum suus honor erat senatui, dum cives sub legitima imperii potestate florebant, non autem cum manifesta vigebat tyrannis dominorum publica sibi pro privatis vendicantium et ad suas voluptates conferentium, easque parum honestas, cum publica quibusvis donarent, nec pastorum instar subditos tractarent, nec lana supervacua detonsa, sed praedonum more oves mactando, ad medullas ipsas exsugerent.

Chronici titulum huiece Zonarae historiae adscripsimus quemadmodum Wolfius. nam et ita laudatur a Michaele Glyca in Annalibus [1]) *ὁ Ζωναρᾶς ἐν τῷ χρονικῷ συντάγματι*, et in altero e codicibus Regiis, in quo secunda duntaxat pars continetur, haec verba in fronte leguntur *τὸ παρὸν βιβλίον χρονογράφος ὀνομάζεται.* verum in codice Viennensi, quo usus est Wolfius, alia habetur epigraphe, hisce videlicet vocibus concepta *Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις* [2]). et sane compendium historiae scribere se profitetur ipse Zonaras, *ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ οὐκ ἐπέοικε τὴν πραγματείαν θέσθαι πολύστιχον* etc. [3])

Universum vero opus duas in partes distribuit: ac in priori quidem historiae quam vulgo sanctam vocant ex sacris libris et ex Iosephi Archaeologia compendium complexus, tum res Graecorum veterum tangit, ac Romanorum deinde ad ea usque tempora historiam perducit, quibus res publica in unius administrationem seu monarchiam delapsa est. alteram autem a triumviratu orditur, ac recensitis singulorum imperatorum gestis usque ad Alexii Comneni exitum persequitur, id est ad saeculum quo ipse vixit undecimum. non solum enim Ioannis Comneni imperatoris Alexii filii meminit, sed et Manuele Ioannis filio imperante vixisse infra docemus. caeterum haec Annalium

1) p. 286. [p. 530 16 ed. Bonn.]
2) [ita Wolfius Zon. t. I p. 224; sed ex eodem codice Vindobonensi (B) annotatum invenio *Ἰωάννου* pro *τοῦ σοφωτάτου*, et paulo post *δρογγαρίου*.]
3) lib. 3 sect. 26. [I p. 303 6 ed. Bonn.]

Zonarae partitio non ex ipsa modo praefatione percipitur, sed praesertim ex verbis quibus pars prior clauditur [1]), atque adeo ex alterius inscriptione, quae in scriptis codicibus haec verba praefert Ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. quibus quidem vocibus in altero ex Regiis istae, charactere licet paulo recentiori, praefiguntur Ἱστορίας Ζωναρᾶ τόμος δεύτερος καὶ τελευταῖος. sed praesertim alter ex Regiis, qui secundam duntaxat partem Annalium Zonarae complectitur, in primis contextus lineis hanc partitionem prorsus adstruit, in quo scriptor ita hanc orditur Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται, βασιλεῦσιν ἡ τῶν Ῥωμαίων etc. ubi codex alius Regius et Colberteus praeter editionem Wolfianam haec tantum habent Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἱστόρηται, etc. sed et in eiusdem codicis Regii initio haec leguntur Ἐν προτέρᾳ βίβλῳ περιέχει τὰ Ἑβραϊκὰ καὶ τὰ περὶ Ῥωμαίων ὑπάτων, τῷ δὲ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. quin etiam Wolfianos codices hanc Annalium Zonarae partitionem praetulisse arguit quod in fronte Zonaraei codicis a se Cpoli empti praefixit Ioannes Dernschwamus, et ex eo descripsit in sua praefatione Wolfius. ex quibus abunde colligitur hosce Annales in duos duntaxat tomos a Zonara fuisse dispertitos, non vero in tres, ut illos divisit idem Wolfius: quorum prior de rebus Iudaicis ab initio mundi usque ad Hierosolymitanum excidium, alter historiam Romanam ab urbe condita usque ad Constantinum Magnum breviter complectitur, in qua tum Dionem, ut diximus, tum etiam Eutropii interpretem Paeanium, quem ad verbum saepenumero exscribit, ut observatum a Scaligero [2]), praesertim sequitur [3]). tertius denique imperatorum res gestas a Constantino Magno usque ad obitum Alexii Comneni tractat. falsum tamen constat Dernschwamum, cum dixit priorem Annalium Zonarae partem in Hierosolymorum excidium desinere.

Licet porro Wolfii divisio tolerari quodammodo possit, ut quae sacram historiam a Romanae rei publicae, rursum paganorum a Christianorum imperatorum historia distinguat,

1) lib. 9 sect. ult.
2) in not. ad Euseb. p. 241 244, 2 edit.
3) [Immo nusquam Paeanium Zonaras exscripsit.]

cum ipsius Zonarae divisioni contraria sit, satius duximus ex virorum eruditorum consilio universum hoc Annalium opus in libros 18 partiri, libros vero in sectiones,

sumere ne lector iuge paveret opus.

nam ut

intervalla viae fessis praestare videtur
qui notat inscriptus milia crebra lapis [1]),

ita librorum divisiones a continua lectionis assiduitate lectoris animum relaxant, cum habet ubi longo quasi itinere defatigatus consistat; praesertim etiam cum nihil auctori detrahant nec scriptionis seriem abrumpant. adde quod id partitionis genus ad locos ex scriptoribus laudatos statim reperiendos multum conducat: unde inductum illud fere ab eruditioribus in quibusvis exemplaribus, quae continua serie absque libris vel absque capitibus describuntur. quod quidem ita in Zonara confecimus, ut alteram partem Wolfianam a 7, tertiam vero a 13 libro, ut partem Annalium alteram secundum auctoris receptam divisionem a libro 10 auspicemur.

Iam vero quid Wolfium impulerit ut ad Zonarae Annales in Latinam linguam convertendos sese accinxerit, pluribus declarat ipse in Praefatione, quam nostrae hic subiicimus, atque etiam in alia ad Nicephori Gregorae Historiam a se pariter Latio donatam, quam, ut et Zonarae, Antonio Fuggero nobili Germano dicavit. in qua postrema sic loquitur "fateor equidem ad Zonaram convertendum praemiis a te propositis, eoque tempore peropportunis, initio excitatum me fuisse potius quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi, et diuturnam quasi sitim variae lectionis restinguendi cupiditate." cum vero de Fuggerorum nobilium insigni liberalitate ac munificentia in eruendis ab interitu bonis libris idem fere praedicet Guillelmus Xylander, praemiisque illectos ab iis suae aetatis viros eruditos testetur qui Graecos scriptores Latina toga donarent necdum editos, vel inde patet quantas debeat gratias res litteraria viris principibus, qui pro-

1) Rutilius Numat. lib. 2.

positis subinde coronis publicam utilitatem sibi iuvandam proponunt, et Musis non semper opulentis, immo persaepe inopibus, manum ultro porrigunt. neque enim fateri dedignatur ipsemet Wolfius, quidquid hactenus ediderat, id vel publica utilitate vel temporibus suis adductum fecisse, nec tam famam captasse quam famem vitasse. sed et Xylander [1]) "me" inquit, "ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem." quem quidem dicentem audivisse scribit Ioannes Leunclavius [2]), lucubrationem Dioniam et alias non a fama sed fame sibi pariter extortas ac praecipitatas fuisse. neque nostrorum saeculorum istaec est duntaxat querela, cum legamus [3]) Plautum propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistorem se locasse, ibique quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitum et vendere: quomodo etiam Pacuvium Brundusinum tragoediarum scriptorem Romae picturam exercuisse ac fabulas vendidisse ferunt. sed et Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, adeo in hac vita pauperem fuisse, ut plerumque etiam necessariis indiguerit, scribit Eusebius. infausta omnino litteratorum condicio, qui ne panem emendicent, libros conficere coguntur. debemus igitur illustribus Fuggeris, quod illorum cura et sumptibus in publicum prodierint Ioannis Zonarae, Georgii Cedreni, Nicetae Acominati et Nicephori Gregorae historiae, et quod rerum Byzantinarum hisce editionibus gustum primi quodammodo inspirarint litterarum studiosis. sed non minus obstricta erit erudita posteritas Regum nostrorum munificentiae, qui non hactenus modo publicatos imperatorum Cpolitanorum historiae scriptores, sed et novos ac e manuscriptis codicibus ex Regia ac locupleti prorsus bibliotheca depromptos magnifico adeo atque splendido apparatu edi quotidie volunt, viris doctis ut in idem consilium una conspirent, suaque conferant studia, Regia praemiorum mercede invitatis ac illectis.

Enimvero ut Wolfius in vertendis Zonarae Annalibus versatus fuerit, quaeque observarit quotve codicibus scriptis

1) in praef. ad Cedr.
2) in praefat. ad Dionem.
3) Euseb. in chr. lib. 1.

in iisdem edendis usus fuerit, pluribus in praedicta ad eosdem Annales praefatione exponit; et ut in opere Latine Graeceque exscribendo adiutorem sibi adsciverit Hieremiam Martium, praeclarae tum indolis adolescentem, medicum deinde physicum Augustanum. quem quidem ea de re verba facientem praestat audire in praefatione ad Nonum medicum, quem Argentorati is primus edidit anno 1568. "cum itaque" inquit "non parvi interesse viderem ut quis quamprimum optimis uteretur praeceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam alio conferre me, quod unice optabam, possem, commode sane cecidit ut eo ipso tempore Cpoli Augustam afferrentur Annales Ioannis Zonarae et Nicetae Choniatae historia, sumptibus magnifici et generosi viri et studiosorum omnium Maecenatis Antonii Fuggeri. quos cum prudentissimus vir, in iudicium adhibitis doctissimis hominibus, praecipue vero Ludovico Carino, cui et tribuebat multum et quo uno omnium maxime delectabatur, dignos existimaret ut in publicum exirent, tum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiae seriem longissimam a condito mundo usque eleganti ordine deductam, sollicite (ut fuit propagandae posteritatis studiosissimus) de conversione cogitare, et quem ei muneri praeficere posset, anxie deliberare secum coepit, et tandem de multis unum eumque omni liberali doctrina politissimum virum, et in lingua utraque singularem prope, Hieronymum Wolfium, scholae et urbis vestrae ornamentum, non exigua praemii spe proposita elegit. quem laborem hoc libentius suscepit, quo iuvandae posteritatis studiosior et Fuggeranae familiae laudis propagandae avidior fuit. sed cum ob afflictam valetudinem, a qua fere nunquam ob assiduum in litteris studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus et versioni et scriptioni vacare non posset, me sibi, accedente auctoritate et consilio Ioannis Baptistae Heintzelii, viri et rerum tractandarum usu eximii et mei amantissimi, a cuius praedicatione invitus digredior, socium laborum adiunxit, meaque opera in exscribendo Zonara et Choniate Graece et Latine ultra integrum annum usus est, eamque non prorsus improbavit. qui vel ob hoc minus gravis mihi esse debuit, quod et triennii sumptus Antonius Fuggerus, eo exacto, pollicitus est, et liberalissime etiam praestitit, et ego tantum utilitatis ex doctrina et

domestica consuetudine Wolfii cepi, ut eius laboris nunquam me paenitere debeat." hactenus ille.

Caeterum non una est in mss codicibus Zonarae Annālium descriptionis ratio, seu rerum in iis pertractatarum spectentur argumenta, quae in quibusdam ex iis in marginibus, seu qui interdum, cum nova inchoatur materia, in ipso contextu tituli apponuntur. ac certe quoad notas istas marginales, non semper etiam eaedem in omnibus exemplaribus in quibus habentur, nec simili dictione exaratae. in quibusdam praeterea interdum plures ac crebriores quam in aliis, in quibusdam per intervalla longiuscula breviores occurrunt. in aliis denique ac antiquioribus codicibus nullae fere semper habentur. scribit Leo Allatius in Diatriba de Georgiis ubi de Cedreno agit[1]), exstare in bibliotheca *Sfortiana codicem ingentem Georgii Scylitzae nomen praeferentem*, licet unicos duntaxat Zonarae Annales contineat. sed et inter codices Palatinos Romam advectos se vidisse eiusdem Zonarae historiam principio mutilam, a monarchia Romanorum incipientem, in qua, etsi notis ab historia diversis, praefixum est *Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη*. quae quidem differt, inquit, ab edito Zonara, quod in capita divisa ubique summaria capitum exhibeat. "an summarum" subdit idem Allatius "auctor Scylitzes iste? an propterea vel fraude sua vel exscriptorum oscitantia historiae auctor comminiscitur" seu fingitur? unde prorsus licet coniicere haecce rerum argumenta non esse ipsius Zonarae, tum ex eo etiam quod diversis saepe concepta verbis legantur, tum quod, ut attigi, varie marginibus codicum, alibi scilicet rarius, alibi singulis ferme periodis appingantur. quod quam inutile sit vel ex eo patet, quod longe satius est quae in contextu breviter descripta habentur legere, quam in argumentis, cum totidem fere semper verbis constent. ea qualiacunque sunt et cuiusmodi in suis codicibus invenerat Hieronymus Wolfius in interiorem editionis suae marginem seu ad Graecam columnam edi curavit, et cum non tanti viderentur, eorum omisit interpretationem, notis aliis brevioribus Latinis ad alteram columnam pariter adscriptis, quae subinde de rerum argumentis lectorem admonerent. harum plerasque in hac Regia

1) [immo, ubi de Scylitza agit, c. 27.]

edi curavimus, aliis certis ex causis reiectis, tum etiam ne, si crebrioribus eiusmodi argumentis fuscarentur libri margines, editionis prorsus Regiae venustas ac maiestas commacularetur. atque id quidem causae fuit, ut Graeca ista argumenta in interiores margines reiicere, quod fecerat Wolfius, visum non fuerit, tum quod illae in editionibus Regiis vulgo hasce notas hactenus non admiserint, tum etiam quod eo sunt inutiles, quod appositae Latinae idem prorsus efficiant. ne tamen Graecis argumentis fraudare lectorem videamur, ea rursum hic recudimus, aliquot in locis ex mss codicibus auctiora, eaque secundum librorum et sectionum numeros digesta, ita ut rerum a Zonara in Annalibus descriptarum elenchi seu summarii vicem praestare possint.

Quid porro postremae huic ac Regiae prorsus Ioannis Zonarae Annalium editioni accesserit, lectorem interest edocere. Graeca contulimus, maxime in locis qui dubietatem quandam praeferebant, cum quattuor codicibus Regiis et uno Colberteo. Regiorum duo [1]) integros Annales complectuntur, praeterquam quod horum alter [2]) duobus foliis initio mutilus est: tertius [3]) secundam Annalium partem: quartus [4]) demum, isque recentiori descriptus manu, eosdem Annales ab imperio Diocletiani ad Alexium continet. codex Colberteus [5]) sat bonae notae, paucis etiam paginis initio mutilus, desinit in huiusce editionis sectionem 34 libri 12, in Maximini scilicet et Licinii imperium. varias ex hisce codicibus excerptas lectiones in Notas subinde rettulimus, nonnullis quae extra controversiam videbantur in contextum ipsum immissis. Hieronymi Wolfii versionem Latinam interdum et rarius emendavimus, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino erat assecutus, quos in Notis fere semper indicamus; sed praesertim in ea parte ubi res Byzantinae pertractantur quaedam potissimum immutavimus,

1) [1714, saec. XIII, et 1716, saec. XV.]
2) [1716.]
3) [1768, saec. XIV.]
4) [1718, saec. XVI.]
5) [nunc Regius 1717, saec. XIII. — praeter hos Zonarae codices Parisiis sunt duo alii, alter Coislinianus 137, saec. XIV, alter paulo post Zonaram a Ducangio editum Parisios advectus, Regius 1715, quo nos usi sumus.]

ubi palatinas aut ecclesiasticas dignitates minus consentanee reddidisse videbatur. Annalibus denique Annotationes nostras subiecimus, una cum Disceptatione de Hebdomo et aliquot additamentis ad nostram Cpolim Christianam, de quibus omnibus initio cuiusque lucubrationis lectorem monemus.

Breve denique Chronicon, levioris forte licet momenti, Ioannis Zonarae Annalibus subiicimus, quod temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum, quae ille persequitur, summarium quoddam contineat, cuiusmodi nonnulla alia habentur in codicibus manuscriptis bibliothecae Regiae, quae tamen in annorum characterismis non omnino ubique cum eo quod edimus conveniunt, exscriptorum, ut existimo, potius incuria, quam eorum a quibus sunt confecta. ut tamen caeteris istud praeferrem, fecit viri in *chronologicis ut et in caeteris disciplinis versatissimi Dionysii Petavii* auctoritas, a quo primum editum est cum Nicephori Patriarchae Cpolitani Breviario historico: quod cum in Regia editione eiusdem scriptoris omissum fuerit, hic rursum proponere visum est, tum maxime, ut attigimus, quod eosdem quos Zonaras annos complectatur, a mundo scilicet condito usque ad eundem Alexium.

Sed priusquam huic praefationi finis imponatur, praestat, quod supra sumus polliciti, aliorum Zonarae operum, quorum memoria ad nos pervenit, indicem subiicere, ut vel inde, quam singularis fuerit viri eruditio ac pietas, lector assequatur. atque ut ab editis sumatur initium, occurrit in primis Commentarius in canones apostolorum et conciliorum 1) et in epistolas canonicas 2), cuius titulus ita concipitur in codicibus mss Regiis *Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις.* in istius porro operis praefatione illud se aggressum ait non sponte sed alterius persuasu, Manuelis forte Comneni imp., ut infra dicemus: *μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς*

1) [ed. Paris. 1618 fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.]
2) [ed. ad calcem *Gregorii Thaumaturgi*, Paris. 1621 fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.]

ὑπέκυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ.

Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. editus habetur in Iure Graeco-Rom. [tom. I p. 351—361 et in *Enimundi Bonefidii* Iure orientali P. II p. 216—237.]

Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον [1]). edit. a v. c. Ioanne Baptista Cotelerio tom. II [p. 883] Monumentorum eccl. Gr.

Laudatur a Petro Lambecio lib. III de Bibl. Caesarea pag. 39 eiusdem Zonarae et Nicetae Thessalonicensis Expositio canonum anastasimorum S. Ioannis Damasceni, hoc titulo *Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ πρωτασεκρῆτις ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ,* cuius initium hisce verbis concipitur *Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς ᾠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου (ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανών) φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς.* posterioris vero expositionis titulus est hic *αὕτη ἡ ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, ἄχρι τῆς ϛ' ᾠδῆς, γέγονε παρὰ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾶ* etc. laudatur pariter Zonaras in canones anastasimos Damasceni ab Allatio in Syntagmate de Georgiorum scriptis pag. 417, ex quibus quaedam fragmenta edidit Iacobus Gretzerus sub initium libri V de Sancta cruce: et in Octateuchum eiusdem Ioannis Damasceni Expositio pulcherrima, ab eodem Allatio in Symmictis pag. 453.

Servatur in bibl. Reg. *Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρωτασηκρῆτις τοῦ Ζωναρᾶ κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς ΥΣΤΑΤΟΣ ΗΧΟΣ ΥΣΤΑΤΟΝ ΠΛΕΚΕΙ ΜΕΛΟΣ.* [ed. in *Io. Bapt. Cotelerii* Ecclesiae Graecae monum. tom. III p. 465—472.] huic subduntur *Νικηφόρου πατρικίου καὶ ἀνθυπάτου Μιτυληναίου στίχοι καταβάσιοι ιβ' εἰς τὴν ποσότητα τῶν ιβ' μηνῶν. μὴν Σεπτεύριος* etc.

---

1) ex cod. Reg. 2038.

Quattuor praeterea Zonarae laudantur opuscula a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, scilicet

Λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν, hoc initio *Ἤρετό μέ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος. ἐπεὶ δὲ καὶ σωφρονῶν.*

Βίος τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, hoc initio *Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι.* proinde alia est vita eiusdem S. Silvestri edita a Combefisio, cuius initium aliter concipitur.

Ὑπόμνημα εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ σωτῆρος, hoc initio *Πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις, καὶ πάλιν μυστήριον ἕτερον.* denique

Εἰς τὸν Ἱεροσολύμων Σωφρόνιον, hoc initio *Οἱ τοῖς θείοις καὶ μακαρίοις πατράσι συγγράφοντες τὰ ἐγκώμια.*

Laudatur etiam a Lambecio lib. V de Bibl. Caesar. p. 150 opusculum aliud Zonarae, hoc titulo *Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται* etc. sed haec epistola est ex iis quae sub nomine etiam Glycae circumferuntur; de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Caesarea anonymi cuiusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetae Davidis Paphlagonis, quem *Δαδύβρου* scilicet episcopum nominatum ait David Hoeschelius 1), cuius Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha latine versa edita sunt ab Hercule Phaello Imolae an. 1588, vel potius Ioannis Zonarae, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim eiusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. vide p. 39 et 247 eiusdem lib. IV 2).

---

1) in Bibl. August. p. 46.

2) [Zonarae Prooemium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto *ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα.* Venet. ap. Franc. Zanetum 1563. 4. folio 3 recto. commentarium autem ipsum non Nicetae Davidis

Laudatur praeterea eiusdem Zonarae Lexicon, de quo ita Iosephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quae est 48 inter Scaligerianas editas "ego quoque videor mihi non inutiliter Zonarae Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui" (Henrici Stephani) "si per te et affinem tuum Paulum Stephanum eius usura brevis mihi contingat." [ed. ab *I. A. H. Tittmanno* Lips. 1808 2 vol. 4. sed de auctore valde dubito.]

Meminit denique Ioannes Pontanus, in praefatione ad historiam Ioannis Cantacuzeni, poëmatum Ioannis Zonarae de Processione spiritus sancti, quae a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab huiusce urbis viris doctis rescire potui [1]). sic porro Pontanus "Zonaram fuisse schismaticum testari possunt eius poëmata aculeatissima de processione sancti spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat." quae quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonum [2]).

Enimvero praeter supra laudata Ioannis Zonarae opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolae dogmaticae, continentes obscuriorum sacrae Scripturae locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius [3]); quas quidem Ioanni Zonarae quidam codices, alii Michaeli Glycae adscribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint: tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius [4]) ut Glycae potius illas tribuat quam Zonarae, ubi ita scribit "haec et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Ioannicium monachum etc. huius etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus

---

esse sed Zonarae, nuper exposuit Ernestus Dronkius (De Niceta Davide. Confl. 1839. 4). Nicetae interpretationem Zonaras videtur amplificasse, ut facile utrique libellus tribueretur. Zonarae prooemium cum Tetrastichorum explicatione habere fertur codex Regius Parisiensis 992, saeculi XV ineuntis, emptus paulo post Zonaram a Ducangio editum.]

1) [v. *Fabricii* Biblioth. gr. tom. X (1721) p. 245 v. 7.]
2) p. 346.
3) lib. 4 de Bibl. Caesar.
4) contra Creygton. p. 544.

exercit. in Baronium 16 n. 49, sed sub nomine Zonarae editam, quam Glycae esse codices antiqui repraesentant. cuiusnam vero sint illae epistolae, quae sub nomine Glycae et Zonarae nomine in mss prostant, alius erit disserendi locus." utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quae nos ab hac disquisitione levasset. certe Zonarae has adscribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi iuxta Graecos 6996 (Christi 1488) Ind. 6, hoc titulo *Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης*. continet porro hic codex 45 duntaxat epistolas [1]), quarum prima Ioanni Sinaitae inscribitur, penultima vero, quae est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imp., scripta videlicet, ut praefert inscriptio, *τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν.* initium vero illius est *Τὰ τῆς μαθηματικῆς* etc. atque in haecce verba desinit *ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται [2]) τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξώμεθα· προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον [3]) ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα.* istius epistolae Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino adscribunt, hoc titulo *Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι.* tum vero illius initium hisce verbis concipitur

1) [est hic cod. Regius 3045, manu Theodori cuiusdam exaratus; quem codicem *triginta duas* Zonarae epistolas continere dicit Anicetus Mellotus, Catal. mss bibl. Reg. Par. tom. II p. 601.]
2) [ἀπηγορεύεται P.]
3) [κατὰ λόγον] δεκάλογον P.]

Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιεπτυξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. τίνος ἕνεκεν; ὅτι παναγίᾳ τῷ ὄντι καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ "μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ," πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν[1]) *ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς καταβοώμενον κράτους σου. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατά γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσών, χειροδοθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον* etc. alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. sub finem vero haec subduntur *πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες.* ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, *συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοί, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβίδ, καί τις ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Ioannis Zonarae nomen praeferebat. Zonarae adscribuntur praeterea istae epistolae in indice librorum graecorum ex cod. ms Reg. 2813. verum codices duo Caesarei, quos laudat Lambecius[2]), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelem Glycam auctorem praeferunt, hoc lemmate *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς.*

1) [τὸν] τοῦ P.]
2) fol. 30 v.

laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycae, ut et ab Hoeschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Iacobo Pontano, qui priores duas latine edidit. sed et ad calcem codicis posterioris Caesarei haec scribuntur *τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ.* promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonarae sive Glycae semper laudat Allatius lib. 2 de consensu utriusque ecclesiae cap. 18 n. 17, lib. 3 cap. 15 n. 8, cap. 16 n. 24, cap. 18 n. 8, et contra Creygtonem [1]). in quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cuius essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cuius meminimus, tum ex viris primariis aulae Cpolitanae quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Ioanne Duca magno hetaeriarcha et sebasto, cuius prae caeteris, ut alios praeteream, mentio occurrit apud Nicetam [2]), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cuius pariter meminit Cinnamus [3]).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi: tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annales non semel laudet [4]). unde illo multo esse posteriorem non desunt qui coniiciunt. neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Ioannis Zonarae aetatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Ioannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum magnae ecclesiae Cpolitanae nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quae in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quae aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in praefatione ad expositionem nomocanonis. quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones commentarios non suapte sed alterius iussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus,

1) p. 541 544.
2) in Alexio Man. f. n. 7 9. [p. 313 2 et 318 17 ed. Bonn.]
3) lib. 5 n. 14 15. [p. 232 3 et 235 1 ed. Bonn.]
4) Glycas p. 140 286 294 297. [p. 266 7. 530 16. 546 8. 551 22 ed. Bonn.]

ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam, si quidem illius sunt Epistolae de quibus agimus: quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacrae Scripturae potius quam illustrandae historiae totus incumbit. quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur adscribunt, adeo ut *τοὺς μὲν πόρνους τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἅρπαγας* efficiant [1]); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cuius supra meminimus: licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis caelestibus id quod futurum sit nos posse coniectare. ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem Epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit eiusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonarae, qui in Annalibus [2]) deum astra condidisse scribit ut terrae ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. iam vero Manuelem imperatorem astronomiae plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius vita [3]). quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacrae Scripturae et patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo [4]) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur: ita ut Manueli aptari potuerit quod Calpurnius [5]) de Carino imperatore cecinit

utcunque tamen conspeximus ipsum
longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

---

1) Glycas p. 26. [p. 50 19 ed. Bonn.]
2) lib. 1 n. 1.
3) lib. 2 n. 7, lib. 5 n. 2 8, lib. 7 n. 7. [p. 126 10. 199 24. 220 3. 286 22 ed. Bonn.]
4) lib. 6 n. 2. [p. 253 16 ed. Bonn.]
5) ecl. ult.

HIERONYMI WOLFII
IN
IOANNIS ZONARAE ANNALES
PRAEFATIO,
AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM
D. ANTONIUM FUGGERUM
KIRCHPERGAE ET WEISSENHORNI DOMINUM,
CAESAREAE MAIESTATI A CONSILIIS, ETC.

Opus hoc historiarum IOANNIS ZONARAE, viri sua aetate in Cpolitano imperio clarissimi, longo iam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quae in eo continentur, tum ob brevitatem, hominibus vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta omnium historicorum evolvere, et praecipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostrae concessum est, usque ad hanc aetatem, ignorare turpissimum. nam si Cicerone auctore inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod haec tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque praesens est se accommodat, paululum admodum sentiens praeteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit atque annectit futuras,

facile totius vitae cursum videt, ad eamque degendam praeparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam aetatem non progreditur. ac praescientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur: etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adiuti vel usu rerum edocti ea praedicunt quae multo post futura sunt. quae quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria haec in uno homine coniungerentur: praeteritarum autem ignoratio in homine litteris vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturae nostrae imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiae tribueretur. nec iniuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitae partem nihil agentibus, maiorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum honoris potentiae pecuniaeque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem: quae si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quendam converterentur. nunc quia nomen inane multi iactitant, perpauci vero ita sunt morati ut recta ratio postulabat, fit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum aeque atque ridiculum habeatur. idque haud scio quam recte. neque enim disciplinae aut vitae genus ob hominum inscitiam aut perversitatem iure traducitur: et qui tam severe iudicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probabunt. homines enim sunt ut caeteri, et iisdem affectibus obnoxii: et parum liberale est unum atque alterum naevum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philo-

sophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturae praescriptum coherceantur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. postulare autem ut ii sese infra omnes infimos homines abiiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est inscitiae atque superbiae. sed ad historiam redeo, quae cum crassior quaedam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate coniunctam. in qua quae praecipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet "ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit. labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri: inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites." hactenus ille. sed et Cicero, praeterquam quod ait "nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum," magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriae, magistram vitae, nuntiam vetustatis appellat. quae cum vera esse non negem (neque enim quorundam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium aetatum consilia, acta, eventus aestimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanae stultitiae, improbitatis et miseriae, et speculum longe illustrius vitae privatae et politicae, quam ulla comoedia aut tragoedia? quae cogitatio in huius operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo obversata est. sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebraea sive Graeca tractarentur, cramben eandem repeti, cantilenam eandèm cani videbam: omnia plena erratorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, praestigiarum, aerumnarum, dissensionum, caedium, excidiorum.

ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatum, neque inanem exstitisse divinam exsecrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinae, ubique serpentis insidiae appareant. boni et simplices pauci sunt: et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maximo improborum et callidorum numero opprimuntur. et quanquam naturae hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum huius universitatis opificem, et ad tuendam ac iuvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. an non ita plerumque vivitur, ut quemadmodum ferae in solitudine et silvis, pisces in fluminibus et mari, volucres in immensis illis aëris spatiis, magna ex parte quasi naturae quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem caeterorum in suam praedam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? immo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. Interea theologi de iusto dei iudicio, de praemiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrigenae illi fratres, acutis exacerbatae linguae pugionibus confodiant, eundemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud iniuria dubitari queat an ... sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. philosophi de officiis praecipiunt, et ipsi ab officio saepe decedunt: neque fere usquam plus est iniuriae quam ubi iuris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiae quam in summa sapientiae persuasione. quae quidem sapientia consuetudinis inveteratae, acceptaeque a maioribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimae) diversitatem capitales inimicitiae, seditiones perniciosae, bellaque atrocissima. inter haec alii fremunt, alii gemunt, aliqui

rident, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conqueruntur. nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi: in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem. sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam disciplina et ratione, *καὶ τὸν ἐπιχώριον*, ut Aristophanes ait, *ἀσκοῦμεν τρόπον*. pauci enim ea sunt vel prudentia vel animorum constantia praediti, ut cum vitiis et erroribus suorum temporum pugnare possint. ita quasi fato quodam praecipites in vitia ruimus, et ex vitiis in calamitates. quae fortasse minus multae aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reliquos adhuc in natura nostra divinae lucis igniculos in tantis fortunae tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. quod si fieret, *non toties fatum fatui et caecam fortunam caeci* accusaremus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nominibus velaremus. nulla quidem est in terris vel sapientiae vel virtutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium

uno minor est Iove: dives,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
praecipue sanus,

aut apud Gellium *ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων*. qualis, ut opinor, nemo unquam fuit neque futurus est. omnibus enim, quod satiricus perfacete addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando molesta est. quod utinam minus crebro et in dictis et in factis praestantissimorum virorum cerneretur. alioqui doctrinam divinarum humanarumque rerum et integriorem et minus controversam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium aerumnis longe paucioribus premeretur. sed tantam esse vecordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos et alios esse velimus, id vero est dolendum. quid enim obstat, morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia voluptatum atque libidinum cumulamus, hanc saepe quasi refugientem ultro arcessimus), quo minus etiam in terris aliquo modo beati simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter communicaremus. nam pestilentiae quidem et sterilitates et terrae motus et siccitates et inundationes, et si qua sunt eius

generis alia publica mala, in unius hominis aetatem rarius incidunt. bella vero nulla naturae necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia praestare caeteris et cives suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel aemulatione vel avaritia vel crudelitate exsistunt, et longe maiorem malorum omnium molem secum trahunt quam quae naturae nobis necessitas imposuit. ne vero caeteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos ciere tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se praeberent: qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque iura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem mediocria ingenia corrumpunt, aut caeteros quietos et tranquillos esse non patiuntur. saevum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni saevit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannis, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quae Mars eiaculetur: pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius *κοσμοκράτορες*. nam vis et fraus, iure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. quod etsi ita in promptu est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitae humanae sive comicotragoediam sive tragicocomoediam et miseriam simul et vanitatem impellitur: quae nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, maiori studio et ardentioribus votis expetendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores, et moderatiores efficere. nam tragicos casus, quorum plenae sunt historiae, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et iniustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impegisse. cuius rei Zonaras noster exempla paene innumera, in postremo tomo praesertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignoraremus) compendio proponit. in quo etsi alii alia desiderare possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus eius egregius atque institutum praeclarum fuit, certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis

voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivatoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cenas eius etiam postridie delectare. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspiciendam facere videbantur, consilio iudicioque suo. quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. in bona tamen spe sum, fore plures qui avide accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. morosorum vero et obtrectatorum querelas atque aculeos quis hominum deorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet: ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. non infitior posse videri Zonaram alias prolixiorem, ut in Iudaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium rebus gestis. in quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quae scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt. quod autem non omnia persecutus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotii atque adeo infiniti, ut taceam non semper esse fructuosum. ac parum abest quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere studeat. insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe: consectari singula curiositatis potius est quam eruditionis. si geographis, qui totius terrae formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? iam quod ad elocutionem attinet, contiones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. nam finitimos populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel praetextus quosdam bellorum et subitas occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

occidit miseros crambe repetita magistros

inquit ille, et alio loco

quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
gaudia, discursus nostri farrago libelli.

Quae cum ita se habeant, et philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiae limitibus includi possint, praecipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. quam ad rem non parum adiumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspicatus ad suam usque aetatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. in quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex litteris sacris, Iosepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. quae nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotae essent: cui nos ut divinitus edocto religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere iubet ac cogit. utut sit, auctorem eo antiquiorem et certiorem non habemus. est enim Iudaica historia veluti fundamentum aut principium caeterarum omnium: et gentis illius mirum quoddam fatum, ut paene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversationibus, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. quale nihil in caeteris populis cernitur: quorum historiae, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Aegyptiacae, Assyriae, Persicae, Macedonicae, Romanae. quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxi, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. de cuius argumento hactenus. nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formae, sed pro varietate auctorum, e quibus haec petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo praesertim, qua aetate Graeca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. desideravi et ipse nonnihil, parsimoniam in primis Demosthenicae orationis, quae meo palato longe fuit gratior, et ad convertendum non tantum iucundior sed etiam facilior: utut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. nam in hoc auctore multae sunt aut mihi certe esse videntur *περισσολογίαι*, quae ut Graecum

sermonem suo quodam genio saepe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestae futurae erant. eaque de causa, ubi citra sententiae detrimentum fieri potuit, a me alicubi praetermissae sunt. idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Ioachimi Camerarii et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. imperitorum autem et obtrectatorum iudicia, quae vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilia tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendae. concessa omnibus est ab invidia et imperitia ad aequitatem et eruditionem provocatio. idem mihi ius, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et *in dialogismis* ad perpetuam *orationem* redigendis haud raro *permisi*, ne propria nomina et pronomina quaedam et verbum *inquit* et alia huiusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. quis enim non malit cum Aristoxeno redire in latomias, quam eandem cuculi cantilenam audire toties? ut enim Graeci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quae praeteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem voluerit, nae is in horrendam et ineptam incidet loquacitatem? qui igitur interpretem huiusmodi salebras sine ullo sententiae detrimento vitantem vel negligentiae vel malae *fidei* accusant, suam vel inscitiam et iudicii inopiam vel morbum animi et nulla de causa maledicendi libidinem produnt. neque tamen indulsi mihi nimium. nam quod Plato ait, ei qui in disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienae linguae interpreti cogitavi. quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itineris praecessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis coniunxit, interpres et minus laboris et plus laudis capit: sin illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienae culpae dare poenas etiam interpres cogitur. nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum

immutare vix conceditur. ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus eius non multo melius quam arena sine calce cohaerentibus. quae vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendae et exornandae impense student, ab auctoris sententiis longe aberrent, et gravissimo perfidiae crimine se obstringant. his incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Ioannes Iovianus Pontanus praeclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum caelestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitratu et collocaret et exornaret. sed tanti viri exemplum ego imitari, praesertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus, neque possim neque ausim. illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meae paupertas pateretur, quam minime aspera uterer aut barbara. nec tamen ipse mihi ubique satisfeci, et in meae infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorem non incidissem. non quod hunc reprehendam, sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annalium locum non habet. ubertatem Livii quaeris? at orationis divitiae cum paupertate rerum coniungentur. diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in immensum volumen excrescet historia, nec iam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas sed historias legat. quas si omnes meminit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, comparet. quae ratio me quoque movit ut non conquiescerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perductum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocunque tandem eventu. nam ut de conversionis ipsius aerumnis taceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu diffi-

cillimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλιγραφίας studium, unde infinita errata oriuntur ex facili notarum mutatione: quae cum alicubi non dissimiles sint, vim diversissimam habent. unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se Latina verba ex cognitione rerum assequutum profitetur, ita ego saepe de varietate lectionis ex sensu et constructione divinare sim coactus, ratione plane praepostera. nam et verba rerum, et litterae verborum notae ut essent sunt inventae. neque tamen hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi codices suppeditati fuissent. quorum tres e tua bibliotheca accepi, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis exemplo ac multo rerum usu parta clari, Ioannis Dernschwam, qui in fronte *vetustissimi illius codicis* 1) haec verba scripsit: "*Chronicon Ioannis Zonarae duobus tomis distinctum*, quorum prior historiam Iudaicam potissimum ab exordio mundi usque ad Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Graecorum quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum complectitur: anno domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata (quam olim κέρας sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Cantacuzeno: cuius familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub Turcico dominatu ad privatam condicionem redacta est: ab eoque rogatus sum ut hoc opus aliquando excuderetur, et impressi codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatum. praeterea secundum Zonarae tomum de imperatoribus conferendi gratia ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis comparavi. alium item Zonarae libellum de rebus imperii et ecclesiae a Constantino usque ad Iustinianum imperatorem ex vetusto codice transcribendum curavi." hactenus ille. quartum codicem 2), qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus ornamentis amplissimi viri, domini et Maecenatis mei, Ioannis Iacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. denique praeter omnem spem et exspectationem meam accessit Viennensis bibliothecae codex integer 3), benignitate singulari cla-

1) [inter nostros C.]
2) [D.]
3) [B.]

rissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydprug etc ultro suppeditatus: quem totum, adiutore Hieremia Martio, praeclarae indolis adolescente (cuius in hoc opere Graece Latineque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. qui sicubi ambo non satisfecerunt, caeteros quoque tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo aestimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. si qua, in diversitate illa, momenti alicuius esse videbantur, ad finem operis adscripsi. manifeste vero praetermissa aut depravata non annotavi. cuius enim dementiae fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quae lectio vera sit, quae praetermissa, quae addita ex supervacuo, quae depravata sint. neque his contentus indicem quoque adieci: quod genus operae, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vendicat, praesertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti coeperam. quid multa? confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum; in id certe operam dedi. sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunae eam esse culpam, infelicitatem meam, quae cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum nocet. neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam praestare queam. ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequentur, gratulabor potius quam invidebo. cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si eae lucubrationes meae illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitae fuerint, non iniquo animo ferendum erit, meum privatum dedecus (si quod tamen infelicis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicae litterariae utilitate coniungi, cui ex animo consultum

esse et volo et volui. vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abiecimus), sed si fatis aliter visum est, hoc quoque aequi bonique faciendum erit.

Atque haec de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam praefationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentiae crimen dissimulando venirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte aetate meditatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus praecipitur, ut alte spectans atque ad caelestem sedem et aeternam domum contuens, *neque sermonibus vulgi dederis te, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus*: ut illud Graeci poetae de te dici possit

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Aeschylus, ut affirmet eum virum optimum esse malle quam videri, cuius animus tanquam ager fecundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honestorum consiliorum et quae inde oriuntur actionum quandam quasi segetem proferat. quae si per omnem aetatis tuae decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuae aures satis scio non ferent. quae igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. idem enim est gloriae quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. nihil (ut eloquentiae Romanae parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet. famae nemo unquam imperare potuit. non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos iniici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox eius audiatur. praedicabit illa non tantum ornamenta fortunae, ob quae cum vulgo beatus habearis, tu ea umbrae parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus in re et publica et privata,

animi constantiam et aequabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a maioribus acceptas et feliciter conservasti et sine cuiusquam iniuriá amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Luscinios, Carinos, Tonneros, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem merear, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas aerumnas tua liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunae casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sidus affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem aetatem exhausti labores non contulerunt. ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse regii vatis oraculum, qui frustra ante lücem surgi et panem comedi doloris, deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. etsi autem in tanto opere neque dormitare neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses, quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni anteacta vita mea comparentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monimento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. faxit deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum paeniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustae Vindelicorum, ex bibliotheca herili: calendis Novembris, anno a nativitate domini MDLVI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ P I 1 W I 1

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.*)

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

1. Εὐστόχως ἂν τις εἴποι ἐπιτωθάζων μοι, μεῖζόν σαι τοῦ A ἔργου τὸ πάρεργον. ἔδει γάρ με ὡς ἀληθῶς πάλαι τῶν πραγμάτων ἀφέμενον καὶ τυρβάζεσθαι ἀποσχόμενον καὶ τοῦ μέσου μεταναστεύσαντα καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἑλόμενον ζῆν ἀειφυγίαν τε ἑαυτοῦ καταψηφισάμενον, οὕτω τὰ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομήσαντος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐπειδὴ τοὺς δεσμούς μου διέρρηξε τῶν φιλτάτων στερήσας με, οἷς οἶδεν ἐκεῖνος λόγοις, ἀλγεινῶς μὲν ἐμοὶ συμφερόντως δ᾽ ὅμως, μηδὲν ἕτερον μετιέναι ἢ ὅσα ψυχὴν καταρτίζουσι καὶ καθαίρουσι

*) Sic PW. ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωναρᾶ τοῦ (τοῦ om A) γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου (δρογγαρίου B) τῆς βίγλας καὶ (καὶ om A) πρωτοασηκρήτις AB: Χρονικὸς τοῦ τιμιωτάτου μοναχοῦ κυρίου ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ C. 3 μεταναστεύσαντα ABCW, μεταναστεύσοντα P. 4 καὶ om C. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ AC. 6 ἐπεὶ A, ἐπεὶ B, ἐπεὶ δὲ C. στερήσας με om A. 7 δ᾽ ὅμως] δὲ πάντως A, δὲ παντὸς B.

IOANNIS ZONARAE

ANNALES.

PRAEFATIO.

1. Equidem haud inepte rideri queam ut supervacuis in rebus magis quam in necessariis occupatus. posteaquam enim e medio excessi vitamque delegi solitariam, perpetuo mihi ipsi exilio indicto (idque illius nutu arcanoque consilio factum qui supra nos est, ruptis vinculis meis ereptisque mihi carissimis, cum dolore quidem, utiliter tamen), omnino me iampridem omissis negotiis turbisque repudiatis nihil aliud tractare con-

P I 2 *τῶν ἐντακέντων αὐτῇ μολυσμάτων διὰ φαυλότητα πράξεων, καὶ ἅττα ἐξιλεοῦνται τὸ θεῖον ἐφ' οἷς παρώργισται παρ' ἐμοῦ, παραβεβηκότος τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, καὶ ζητεῖν οὕτω συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πταίσμασιν. ἐγὼ δ' ἀμελῶς πρὸς τὸ ἔργον ἐκ τῆς πρὸς τὰ καλὰ νωθρείας διατιθέμενος, περὶ τὸ πάρεργον κατέτεινα τὴν σπουδήν.*

Ἀλλ' ἵνα τι καὶ ὑπεραπολογήσωμαι ἐμαυτοῦ, οὐκ οἴκοθεν B *ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα, ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο παρέθηξαν, σχολάζοντα βλέποντες καὶ "χρῆσαι" λέγοντες "τῇ σχολῇ πρὸς ἔργον κοινωφελές, καὶ κείσεταί σοι πρὸς τοῦ θεοῦ κἀκ τούτου ἀνταπόδομα." προσεπῆγον γὰρ ὡς οἱ περὶ τὰς ἱστορίας πονήσαντες καὶ τὰ πάλαι γενόμενα συγγραψάμενοι, οἱ μὲν διεξοδικώτερον τάς τε ἄλλας πράξεις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ* C *στρατηγήματα συγγεγράφασι, παρατάξεις διηγούμενοι καὶ συμπλοκὰς στρατευμάτων καὶ στρατοπεδείας καὶ χάρακας καὶ εἴ τι τούτοις ἑπόμενον, πρὸς δὲ τοῖς περιηγήσεις χωρίων καὶ δυσχωρίας ὁδῶν καὶ ὄρη προσάντη καὶ δύσβατα καὶ αὐλώνων στενοχωρίας καὶ πόλεων ὀχυρότητας καὶ πυργωμάτων ὕψη μετέωρα καὶ ὡς ἄν τις φαίη αἰθέρια· τοῖς δὲ καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συντέθεινται τὰ συγ-* D *γράμματα, ἐπιδεικνυμένοις ὅπως εἶχον περὶ τὸ γράφειν δυνάμεως,*

1 *ἐκτακέντων* B. 4 *τοῖς* om C. 5 *νωθρείας* ABC, *νωτρίας* PW. 7 *ὑπεραπολογήσωμαι* ABC, *ὑπεραπολογήσομαι* PW. 10 *κείσεταί* AC, *κείσηταί* PW. *σοι* ABCW, *σοί τι* P. *πρὸς τοῦ — τούτου* A, *κ. τούτου π. τ. θ.* PW. 11 *προσεπῆδον* A. 13 *τὰς ἄλλας τε* A, om C. 17 *αὐλῶν* B, *αὐλαίου* C. 19 *συντίθενται* B. 20 *περὶ τὸ γράφειν* om C.

veniebat nisi ea quae animum excolunt et a maculis pravarum actionum assuetudine impressis purgant, quaeque numen infestum mihi ob eius praecepta violata et desertam iustitiae viam placare queant, itaque delictorum veniam impetrare. ego vero, quae mea ad recte faciendum socordia est, rebus necessariis neglectis in supervacuis elaboro.

Tamen, ut pro mei defensione aliquid afferam, non meapte auctoritate susceptum hoc opus est, sed hortatu amicorum: qui cum me otium agere viderent, id aiebant in negotium aliquod esse conferendum, quod et rem publicam iuvaret et ipsum quoque divinum mihi praemium conciliaret. addebant, eos qui historiis et rebus olim gestis describendis laborassent partim cum alia facta veterum tum strategemata prolixius conscripsisse, atque acies instructas, exercituum conflictus, castrametationes, aggeres excitatos et alia huius generis enarrare, praetereaque loca et impedita itinera et montes arduos atque inaccessos, vallium item angustias, urbium munitiones et turrium altitudines immensas propeque in caelum porrectas quasi oculis subiicere; partim scripta sua ad ostentationem rettulisse, ut suam scribendi facultatem demonstrarent, eoque

καὶ διὰ τοῦτο δημηγορίας τε μεταξὺ τιθεῖσι καὶ παρεκβατικώτερον ἢ καὶ ῥητορικώτερον κεχρημένοις τῷ λόγῳ· ἐνίοις δὲ καὶ εἰς διαλόγους τὸ φιλότιμον ἐτελεύτησεν, ὥσθ' ὁπηνίκα περί τινων ἑτεροδοξούντων καὶ σφαλλομένων περὶ τὰ ὀρθὰ συγγράφωνται δόγματα, διαλέξεις ποιεῖσθαι πρὸς ἐκείνους ὡς πρὸς παρόντας, καὶ διελέγ- P I 3
χειν αὐτῶν τὸ κακόδοξον, κἀκ τῆς ἱερᾶς γραφῆς τοὺς ἐλέγχους παράγειν, ἢ καὶ Ἰουδαίοις ἀντιλέγειν, καὶ ἐθελοκακοῦντας δεικνύειν αὐτοὺς εἰ μὴ τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον δέχοιντο, καὶ χρήσεσι κεχρῆσθαι προφητικαῖς, καὶ πρὸς Ἕλληνας αὖθις ἀντικαθίστασθαι, καὶ τὸν ὕθλον ἐκείνων εἰς μέσον παράγειν, καὶ καταμωκᾶσθαι τῶν μυθευομένων αὐτοῖς, καὶ τὰς αὐτῶν γραφὰς προφέρειν τῆς κακοδοξίας εἰς ἔλεγχον, ἔστι δ' οὗ γνωμολογεῖν τε καὶ B
ἠθικεύεσθαι. "ταῦτα δ'" ἔφασαν "τοῖς πλείοσι τῶν ἀναγινωσκόντων τὰ τῶν ἱστοριῶν ἐκείνων συγγράμματα, ἵνα μὴ λέγωμεν πᾶσιν ἴσως, φορτικά τε καὶ παρέλκοντα ἥγηνται, ὅτι τε σχολῆς εἰσι δεόμενα πλείονος, καὶ ὅτι, κἂν ταύτης τύχοιεν τῶν ἐπιόντων τὰς ἱστορίας τινές, μάταιον ἐκείνοις ἀποβαίνει τὸ περὶ ταύτας C
πονεῖν, τῶν μακρῶν διηγημάτων τῶν περὶ παρατάξεων καὶ πολέ- W I 2
μων καὶ τοῦ τῶν στρατιῶν διακόσμου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὁμοίων διαφευγόντων τὴν μνήμην, τῶν δέ γε δημηγοριῶν καὶ τῶν διαλέξεων καὶ εἰς τὸ ἀνόνητον περιισταμένων τοῖς ἐπιοῦσι τὰ ἱστο-

1 τε add A. 2 διαλόγους ABC, διαλόγον PW. 4 συγγράφονται AC, et B ut videtur. 5 ὡς πρὸς AB, ὡς PW. 6 ἱερᾶς om A. 7 ἰουδαίους B. 8 χρήσεσι ABC et codices Ducangii, ῥήσεσι PW ex coniectura Wolfii. 11 προσφέρειν C. 15 ἴσως om AB, "abest ab aliquot mss" Ducange. 17 μάταιος C. 19 στρατιωτῶν A. 20 alterum τῶν om B.

conciones interposuisse ac digressiones, oratorio plane modo; partim ambitione quadam desinere in dialogos, ut, cum de aliquibus diversae opinionis et a rectis sententiis aberrantibus scribant, cum iis quasi praesentibus disputent et pravas eorum persuasiones arguant, probationibus e sacra scriptura petitis, aut Iudaeos confutent, ipsorumque pravitate ac pertinacia fieri contendant quo minus religionis nostrae arcana amplectantur, locis prophetarum in medium adductis, atque etiam gentilibus sese opponere eorumque nugas afferre in medium, ac deliramentis fabularum subsannatis scripta ipsorum erroris coarguendi gratia proferre, nec non alicubi sententias congerere et de formandis moribus disputare. haec aiebant illi si non omnibus at plerisque lectoribus molesta et supervacanea videri, quod et multum otii requirant et, si quibus id suppetat, inanis tamen labor sumatur in evolvendis prolixis illis narrationibus praeliorum et bellorum et ordinationis exercituum aliarumque similium rerum quae memoria effluere soleant. iam concionibus et disputationibus in historia legendis nullum fieri operae pretium. nam quem ex eo capi

*ϱούμενα. τίνι γὰϱ ἔσται τις λυσιτέλεια” ἔλεγον “ἐκ τοῦ γνῶναι τί
μὲν ὁ δημαγωγὸς ὅδε διελέχθη τῷ δήμῳ, τί δὲ τοῖς στϱατιώταις*
D *ὁ στϱατηγός, ἢ τί τοῖς πϱέσβεσιν ὁ αὐτοκϱάτωϱ ἐκεῖνος ἔφη τοῖς ἐκ
Πεϱσῶν, ἢ ἄλλος τοῖς ἐκ Κελτῶν ἢ Σκυθῶν ἢ τοῖς ἐξ Αἰγύπτου
τυχὸν ἢ τοῖς ἐκ Δακῶν τε καὶ Τϱιβαλλῶν, τί δ’ ἕτεϱος τῇ συγ-
κλήτῳ βουλῇ ἢ τῇ πληθύϊ τῇ δημότιδι δημηγοϱῶν πϱοσωμίλησε;”
τοὺς μὲν οὖν τοιαῦτα ἔλεγον τὰ τῶν ἱστοϱιῶν ἐκδεδωκέναι συγ-
γϱάμματα, πεπλατυσμένα δηλαδὴ καὶ πϱὸς τὸ φιλοτιμότεϱον*
P I 4 *ἀποκλίνοντα, τοὺς δὲ ἀντιθέτως ἐκείνοις διατεθῆναι πεϱὶ τὴν τῶν
ἱστοϱιῶν συγγϱαφήν, βϱαχυϱϱημοσύνῃ χϱησαμένους, κἀντεῦθεν
πεϱὶ τὰ καίϱια ζημιοῦντας τοὺς πεϱὶ τὰ σφῶν ἐσπουδακότας συγ-
γϱάμματα, ἅτε καὶ αὐτὰς τὰς καιϱιωτέϱας τῶν πϱάξεων τῶν
ἱστοϱουμένων παϱαλελοιπότας ἀνδϱῶν, ἐνίας μέντοι καὶ ἐξυμνεῖ-
σθαι δικαίας, βϱάχιστα δέ τινα πεϱὶ ἐκείνων εἰπόντας, καὶ ταῦτα*
B *μήτε τὸ ἦθος ἐκείνων ἢ τὴν φύσιν παϱαδηλοῦντα καὶ τὴν πϱοαί-
ϱεσιν, μήθ’ ὅπως τῶν βασιλευσάντων ἕκαστος τῆς βασιλείας
ἐκϱάτησε, μήθ’ ὅστις ἦν πϱὸ ταύτης, μήτ’ ἐκ τίνων ἐγένετο.
τινὰ δὲ τῶν συγγϱαμμάτων τούτων καὶ ἀφελεστέϱα λίαν ἐκδεδό-
σθαι πϱοσετίθουν τῇ φϱάσει, συντεθεῖσθαί τε αὐτὰ σολοικότεϱον
καὶ ἰδιωτικαῖς λέξεσιν ἐκφέϱεσθαι ἢ καὶ βαϱβάϱοις ἐνίοτε, ὥστε*
C *ἐντεῦθεν ἀηδῶς τοὺς λόγοις ὡμιληκότας πϱὸς αὐτὰ διατίθεσθαι.*

1 τί] τίς B. 2 ὅδε] ὧδε C. διελέχθη C. 3 ἢ τοῖς πϱέσβεσι τί ἔφη ὁ αὐτ. ἐκεῖνος τοῖς ἐκ B. πϱέσβευσιν C. 5 Δακῶν] δαμασκῶν B. τϱιβαλῶν ABC. 8 φιλότιμον B. 9 ἀποκλίναντα B. 12 τὰς om C. καιϱιωτάτας B. 15 μήτε τὸ] μήτ’ AC. 19 συντεθεῖσθαι — 21 ἐντεῦθεν] καὶ ἰδιωτικαῖς ἐκφέϱεσθαι λέξεσιν (λέξεσι A) ἢ καὶ (καὶ om B) βαϱβάϱοις ἐνίοτε, συντεθεῖσθαί τε σολοικότεϱον, ὥστε κἀντεῦθεν AB.

fructum, si quis sciat quid vel concionator apud populum vel dux apud milites dixerit, quid item imperator alius legatis Persarum, alius Gallorum aut Scytharum aut Aegyptiorum forsan Dacorumve aut Triballorum responderit, quae verba alius apud patres conscriptos aut populum fecerit? scripta igitur huiusmodi asserebant latius evagari et ad ambitionem inclinare: alios porro scriptores contrario laborare vitio, qui dum brevitatem affectarent, rerum necessariarum cognitione fraudarent lectorem, praeteritis aliquando aut saltem breviter perstrictis praestantium virorum rebus gestis, quae vel divinis celebrari laudibus mereantur, nec declararent qui mores, quae ingenia, quae consilia illorum fuerint, nec quo pacto quisque regum sit potitus regno, qui fuerit ante illud partum, quibus ortus maioribus. addebant, scriptorum illorum quaedam nimium inornata esse dictione, compositione aspera, verbisque plebeiis ac nonnunquam barbaris constare: unde fieret ut homines eruditi ab eorum lectione abhorrerent. his illi dicendis, et scriptis historicorum

τοιαῦτα λέγοντες καὶ οὕτω τῶν ἱστορικῶν συγγραμμάτων ὡς εἴρηται καθαπτόμενοι, πολλάκις με παρώθηγον τὰς βίβλους ἀνὰ χεῖρας λαβεῖν, καὶ παρεάσαντα τὰ πολλά, ὧν τὰ μὲν τῇ μνήμῃ προσιζάνειν διὰ τὸ πλῆθος ἀποπεφύκασι, τὰ δ' εἰς οὐδὲν τελευτῶσιν ὀνήσιμον, τὴν δέ γε πεπλατυσμένην ἐπιτεμόντα διήγησιν, σύντομον ἱστορίαν ἐκδεδωκέναι, συνοπτικῶς διδάσκουσαν τοὺς ἐπιόντας τὸ D
σύγγραμμα τὰ καιριώτερα τῶν πεπραγμένων ἢ καὶ ἄλλως συμβεβηκότων τοῖς περὶ ὧν ἡ συγγραφὴ διαλέγεται.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν πρὸς τοιοῦτόν με παρεκίνουν ἀποδύσασθαι πόνημα καὶ τοιοῦδε συγγράμματος ἅψασθαι· (2) ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ἀνειμένος τὴν γνώμην ὢν (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές) καὶ ῥᾳστώνῃ συζῶν, τὸ δὲ καὶ ἀσχολίας συνορῶν τὸ πρᾶγμα δεόμενον καὶ P I 5
βίβλων πολλῶν, ὤκνουν καὶ ἀνεδυόμην πρὸς τὴν ἐγχείρησιν. οἱ δέ με νύττοντες οὐκ ἀνίεσαν, καί ποτε πρὸς τοὔργον τῇ τῶν νυγμῶν συνεχείᾳ διεγηγέρκασιν. εἰ γὰρ κοιλαίνειν τὸ τῆς πέτρας σκληρὸν καὶ ἀπόκροτον ῥανίδος ἐνδελέχεια δύναται, μᾶλλον ἂν δυνήσεται λόγος ἐνδελεχὴς τὰ ὦτα θυροκοπῶν γνώμης διεγεῖραι ῥᾳστώνην καὶ ἀνειμένην προαίρεσιν. εἶτά μοι καὶ ὡς οὐδὲ πρὸς B
ψυχικὴν ὠφέλειαν ἀκερδὴς ὁ πόνος ἔσται καὶ ἡ περὶ τὴν συγγραφὴν ἀσχολία, ἐλήλυθε κατὰ νοῦν. ἠρεμοῦντι γὰρ τῷ νοΐ μᾶλλον εἴωθε τῆς πονηρίας ἐπιπνέειν τὰ πνεύματα, ἐνθυμήσεών τε φαύλων καὶ λογισμῶν ἄλλοτε ἄλλων ἐπεγείρειν κλυδώνια, καὶ κατα-

2 με] μὲν C. 5 διήγησιν ἐπιτέμνοντα C. 9 οὖν om C. 11 ἀνειμένως A. τῇ γνώμῃ C. 14 δέ] δέ γε C. 21 εἴωθεν ἐπιπνέειν τῆς πον. B. 22 κλύδωνα C.

ad hunc modum traducendis, saepe me cohortati sunt ut libris in manus sumptis tam ea praetermitterem quae ob prolixitatem memoria non caperet, quam quae utilitatis nihil haberent, et longa narratione in compendium redacta brevem historiam ederem, quae facta et res memoratu digniores quam paucissimis complecteretur et lectoribus velut ob oculos poneret.

Et illi quidem huiusmodi laboris capiendi et talis operis conscribendi auctores mihi fuere: (2) ego vero cum et remisso essem animo (dicam enim quod res est) otioque deditus, et rem esse cernerem magnae occupationis, quaeque librorum copiam postularet, dubitabam et ab eo conatu abhorrebam. verum illi me vellicare non prius destiterunt, quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus tandem perpulissent. nam si aquae gutta subinde cadendo solidam saxi duritiem cavat, quanto magis oratio crebro aures feriens animi torporem et quietis studium excutit? deinde in mentem mihi venit, laborem illum et historiae scribendae occupationem aliquid utilitatis et lucri etiam animo esse allaturam. nam nequitiae flatus magis adspirare solent menti quiescenti, malarumque cogitationum et rationum alias alios excitare fluctus, eamque conti-

βαπτίζειν αὐτὸν τῇ συνεχείᾳ τῶν προσβολῶν, καὶ ἢ πρὸς ἁμαρτίας
C ἐξολισθαίνειν ποιεῖν, εἰ καὶ μὴ πράξεσιν ἀλλά γε συγκαταθέσεσιν,
ἢ τέως ζάλην αὐτῷ πολλὴν ἐπικυμαίνειν καὶ τάραχον. εἰ δέ τισιν
ὁ νοῦς ἐνησχόληται, διαφεύγειν πέφυκεν ὡς ἐπίπαν τὰς ἐκ τῶν
πολλῶν λογισμῶν τρικυμίας καὶ τῶν πονηρῶν ἐνθυμήσεων. διά τε
τοίνυν τὴν ἐκ τῶν φίλων παράθηξιν καὶ διὰ τὴν τῶν ῥυπαρῶν ἢ
W I 3 D καὶ ματαίων λογισμῶν ἀποσόβησιν προσήγαγον ἑαυτὸν τῷ σπουδάσματι.

Οὕτω μὲν οὖν μοι ἐπιβαλεῖν ἐγένετο τῷ παρόντι συγγράμματι.
εἰ δὲ μὴ διηκριβωμένην τὴν περὶ ἑκάστου τῶν ἀναγραφομένων ἱστορίαν ποιήσομαι, νέμειν μοι συγγνώμην αἰτῶ τοὺς ἐντευξομένους
αὐτῇ· οὔτε γὰρ βίβλων ἴσως μοι εὐπορῆσαι γενήσεται ὅσαι μοι
χρειώδεις εἰσὶ πρὸς τὸ σύγγραμμα, παρὰ τῇ ἐσχατιᾷ ταύτῃ ποιου-
P I 6 μένῳ νυνὶ τὴν διατριβήν, οὔτε πάντες οἱ συγγραφεῖς τῶν ἱστοριῶν
τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν συγγεγράφασιν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς διαφωνοῦσιν, εἴ γε μὴ ἐν τοῖς πλείοσιν. εἰ δὲ καὶ ἀκριβοῦσθαι βουλήσομαι περὶ ἑκάστου τῶν ἱστορουμένων, καὶ δηλοῦν τί μὲν ὅδε περὶ τοῦδε λέγει ὁ συγγραφεύς, τί δ' ἕτερος περὶ τοῦ αὐτοῦ, πολύστιχον ἂν καὶ αὐτὸς τὴν περὶ ἑκάστου πραγματείαν πυιήσομαι.
B διὰ ταῦτά μοι παρεᾶν δέδοκται τὰ ἐφ' οἷς ἀλλήλοις οἱ περὶ τῶν
αὐτῶν συγγράψαντες ἠναντίωνται, εἰ μή τι τῶν ἄγαν εἴη σπουδαίων καὶ ὃ παραλιμπανόμενον περὶ τὰ καίρια λυμανεῖται τῇ συγγραφῇ. εἰ δ' ὁ χαρακτὴρ τοῦ λόγου ποικίλλεται καὶ μὴ δι' ὅλου

1 ἁμαρτίαν ὑπολισθαίνειν AB. 12 οὔτε] οὕτω C. ἴσως om A, ante βίβλων ponit B. 13 παρὰ om C. 16 καὶ om B. 18 ὁ συγγραφεύς om C. 19 ποιήσωμαι B. 21 σπουδαῖον A.

nenter invadendo demergere, et aut in peccata impellere (si facto minus, at assensu) aut undarum in ea magnam agitationem ac tumultum commovere. animus autem certis negotiis occupatus effugere fere solet multarum cogitationum pravarumque cupiditatum decumanos fluctus. igitur tum amicorum cohortationibus, tum sordidas aut inanes curas expellendi studio, ad opus hoc suscipiendum sum adductus.

Ita factum est ut hanc provinciam acciperem. quod si minus exquisite perfectae fuerint operis huius singulae partes, veniam a lectoribus peto. fortassis enim in hoc secessu nunc agenti mihi neque copia librorum ad condendam historiam necessaria suppetet, neque scriptores omnes iisdem de rebus eadem tradiderunt, ut non in pluribus, saltem in multis dissentientes. quod si omnia curiose persequi voluero, ac recensere quid alius atque alius eadem de re dixerit, mihi etiam prolixum unaquaque de re nascetur opus. quapropter contrarias historicorum narrationes praeterire mihi visum est, nisi quid maximi fuerit momenti, quo praetermisso ipsa historiae integritas labascat. iam dictionem esse

ὅμοιός ἐστιν ἑαυτῷ, θαυμαζέτω μηδεὶς μηδέ τις τὸν λόγον αἰτιάσθω ἢ τὸν τούτου πατέρα με. ἐκ πολλῶν γὰρ βίβλων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος, ἔν γε πολλοῖς ταῖς τῶν συγγραφέων ἐκείνων χρησαίμην C ἂν συνθήκαις καὶ φράσεσιν, ἐν ὅσοις δ᾽ ἂν καὶ αὐτὸς παρῳδήσω ἢ παραφράσω, πρὸς τὸν ἐκείνων χαρακτῆρα τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου μοι μεθαρμόσομαι, ἵνα μὴ ἀσύμφωνος αὐτὴ ἑαυτῇ δοκῇ ἡ γραφή.

3. Ἀλλά μοι πρὸ τῆς ἱστορίας κεφαλαιωδέστερον εἰρήσθω τίνα τὰ ἱστορηθησόμενα, ἵν᾽ εἰδοῖεν οἱ τῷ συγγράμματι ἐντευξόμενοι D ὡς πολλῶν τε καὶ τούτων ἀναγκαιοτάτων ἱστοριῶν ἐν εἰδήσει γενήσονται. περιέχεται γοῦν τῇ ἐπιτομῇ ἡ Ὀκτάτευχος καὶ ὅσα ἐν ἐκείνῃ ἱστόρηται· καὶ τῶν Βασιλειῶν αἱ βίβλοι ταύτῃ συμπεριέχονται, καὶ ἐπ᾽ αὐταῖς τὰ Παραλειπόμενα, καὶ ὅσα ὁ Ἑβραῖος Ἰώσηπος ἀρχαιολογῶν ἢ τῶν παλαιοτέρων εἶπεν ἐπέκεινα, ἢ παρεκβατικώτερον ἢ καὶ ἀλλοιότερόν τι παρ᾽ ἐκείνους ἱστόρησε· καὶ τὰ P I 7 τοῦ Ἔσδρα, τά τε τῶν αἰχμαλωσιῶν τῶν Ἑβραίων, προτέρας μὲν τῆς τῶν δέκα φυλῶν ἣ παρὰ τοῦ Ἀσσυρίου Σαλμανασὰρ γέγονε τὴν Σαμάρειαν ἑλόντος πολιορκίᾳ καὶ τὸ ἔθνος αἰχμαλωτίσαντος καὶ πέραν Εὐφράτου ἀπαγαγόντος καὶ κατοικίσαντος, εἰς δὲ Σαμάρειαν μετοικίσαντος ἔθνη τινὰ ἃ Χουθαῖοι ἐπωνομάζοντο, εἶτα

4 δ᾽ ἂν καὶ B, δὲ καὶ AC, δ᾽ ἂν PW. 5 ἢ] καὶ B. παραφράσω AB, παρεμφράσω PW. ἐκεῖνον A. 6 μοι ABC, μου PW. αὐτὴ A, αὐτῇ PW. 9 εἰδοῖεν] sic libri omnes. 11 οὖν B. 13 ὁ ABCW, om P. 14 εἶπεν ABC, τὶς εἶπεν PW. ἢ καὶ παρεκβ. A. 15 ἀλλοιότερον A, ἀλλοιώτερον PW. τι ABCW, μού τι P. 16 ἐζρᾶ B: infra lib. 4 cap. 5 est Ἔζρας. τά τε] ταύτης A. 19 ὑπαγαγόντος C. εἰς δὲ Σαμ. μετοικίσαντος om C.

variam nec per omnia sui similem ne quis miretur neve culpet aut orationem aut me auctorem illius. cum enim historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligere necesse habeam, in multis illorum et dictione et compositione utendum erit: sicubi tamen ipse de meo aliquid interiecero et inseruero, stylus ad illius, quem sequar auctorem, formam accommodabitur, ne scriptura a sese dissidere videatur.

3. Enimvero antequam ipsam rem aggrediar, summatim ea complectenda sunt quae tractabuntur, ut norint lectores quam multas easque summe necessarias historias sint cognituri. continentur igitur hoc compendio octo primi Bibliorum libri et quae in illis narrantur, Regum item libri et Paralipomena, quaeque Iosephus Hebraeus in Antiquitatibus aut antiquioribus addidit, aut copiosius aut aliter paullo quam ab illis factum est enarravit; et libri Esdrae, et captivitates Hebraeorum, quarum prior decem tribuum sub Assyrio Salmanassare contigit, qui Samariam gentemque obsidione cepit, eaque ultra Euphratem abducta gentes quasdam Samariam transtulit qui Chuthaei cognominabantur,

καὶ τῆς παρὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπενηνεγμένης τῇ Ἱερουσαλήμ,
B καὶ ὡς ἔρημος ἡ πόλις ἐγένετο καὶ ὁ ναὸς ἐνεπέπρηστο καὶ τὸ ἔθνος
ἅπαν ἐξηνδραπόδιστο· καὶ ὡς μετὰ ἐνιαυτοὺς ἑβδομήκοντα κατὰ
τὰς προρρήσεις τῶν προφητῶν ἐκκεχώρηται τῷ λαῷ ὑπὸ Κύρου
τοῦ τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν καθῃρηκότος ἐπανελθεῖν εἰς Ἱερου-
σαλὴμ καὶ τὴν πόλιν ἀνεγεῖραι καὶ ἀνακαινίσαι τὸ ἱερόν· τίς τε ἦν
ὁ Κῦρος, καὶ ὅπως τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν κατέλυσε, καὶ τίνες
C μετ' ἐκεῖνον τῆς βασιλείας ἐκράτησαν· καὶ ὅπως καὶ παρὰ τίνων
ἡ τῆς πόλεως ἐκωλύθη οἰκοδομή, κἀκ τίνος αὖθις ἡ ταύτης ἐξεχω-
ρήθη ἀνέγερσις· καὶ περὶ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, καὶ ὅπως ἔκρινε
τὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ὀνείρατα καὶ τοῦ Βαλτάσαρ τὴν ὅρασιν
ὅτ' εἶδεν ὁ βάρβαρος ἐκεῖνος τῆς χειρὸς τὸν ἀστράγαλον γράφοντα
ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ περί τινων τῶν τοῦ προφήτου ὁράσεων, ἃ πάντα
D μετὰ συντετμημένης ἱστόρηται ἐξηγήσεως· καὶ περὶ τῶν τριῶν
παίδων καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς ἢ δι' αὐτῶν γεγονότων ὑπὸ θεοῦ ἐξαι-
σίων· περί τε τῆς Ἐσθὴρ καὶ ὅπως τὸ τῶν Ἑβραίων γένος πανω-
λεθρίας αὕτη ἐρρύσατο· καὶ περὶ Ἰουδὴθ ἢ τὸν Ὀλοφέρνην κατα-
W I 4 σοφισαμένη ἀνεῖλε καὶ τὴν αὐτοῦ στρατιὰν παρέδωκεν εἰς ἀπώ-
λειαν· καὶ περὶ Τωβίτ, καὶ ὅπως ἀορασίᾳ πληγεὶς καὶ ἐξ εὐπορίας
P I 8 εἰς ἀκριβῆ πενίαν συνελαθεὶς αὖθις δι' ἀγαθοεργίαν θεοῦ προνοίᾳ
τετύχηκε τοῦ ὁρᾶν καὶ πλούτου δαψίλειαν ἔλαβεν. ἀλλὰ καὶ τὰ

5 τὴν BC, τὴν τῶν PW. ἐπανελθεῖν A, ἀνελθεῖν PW. 7 τὴν ABC, τὴν τῶν PW. 9 συνεχωρήθη B. 16 τῆς] τὴν A. 17 ἰουδὴθ ABC, Ἰουδὶθ PW, quae infra lib. 3 cap. 12 Ἰουδήθ. 19 τωβὴτ A: cf. lib. 3 cap. 13. tertium καὶ om A. ἀπορίας C. 20 δι' ἀγαθοεργίαν om B. 21 ἔλαβεν] ἔσχηκεν AB.

quae cum se nihil habere nisi pauxillum olei responderet, iubet ut multa vasa utenda petat, et in omnia de oleo infundat. quo illa facto, vasa omnia plena esse oleo prophetae nuntiat: quo ille vendito eam creditori satisfacere et quod supersit ad usum domesticum conferre iubet. idem Sunamitidi, cuius hospitio utebatur, orbae liberis praedixerat parituram esse filium; itaque factum est. verum puer iam grandiusculus obiit. itaque mulier ad Elisaeum in Carmelum venit, et pedibus eius advoluta calamitatem suam deplorat. ille discipulum Giezim, dato baculo suo quem puero mortuo imponeret, cum ea abire iubet. sed iurante muliere se non discessuram nisi ipse secum abiisset, paret propheta, puerum in lectulo iacentem invenit, precatus lectum conscendit, puero incubat, in eum sufflat: quod cum septies fecisset, mortuus reviviscit, et matri vivus a propheta restituitur. inde Galgala profectum, cum fame laboraretur, filii prophetarum conveniunt. quibus cum a famulo aliquid elixari iussisset, ille ex agro herbas colligit, quibus et cucurbita silvestris (toxicum id est) admista erat: coctas apponit. illi cucurbita

ἐπέγνων τὴν τολύπην, καὶ πρὸς τὸν προφήτην ὡς τεθνηξόμενοι ἐξεβόησαν. ὁ δὲ ἄλευρον κελεύσας ἐμβαλεῖν εἰς τὸν λέβητα, ἐπέτρεψε φαγεῖν, καὶ οὐδενί τι γέγονεν ἐκ τῆς τροφῆς πονηρόν. ἐνεγκόντος δ' αὐτῷ τινος ἄρτους εἴκοσι καὶ παλάθας, ἐνετείλατο P I 99 τῷ ὑπηρέτῃ αὐτοῦ παραθεῖναι τῷ λαῷ ταῦτα. τοῦ δέ, τί ἂν γένοιτο ταῦτα πρὸς ἄνδρας ἑκατόν, εἰρηκότος, "δός" εἶπε "ταῦτα, καὶ ἐσθιέτωσαν· κορεσθήσονται γὰρ καὶ καταλείψουσι περισσεύματα." καὶ εἰς ἔργον ὁ λόγος ἐγένετο.

Νεεμὰν δὲ μέγας ὢν παρὰ τῷ βασιλεῖ Συρίας λελέπρωτο. καὶ νεάνιδος αἰχμαλωτισθείσης Ἰσραηλίτιδος, ἡ γυνὴ Νεεμὰν δούλην ἔσχεν αὐτήν. ἥτις ἔφη πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῆς ὡς "εἰ ἀπῆλθεν ὁ κύριός μου πρὸς τὸν προφήτην Ἐλισσαιέ, ἀπηλλάγη ἂν τῆς νόσου αὐτοῦ." ἡ δὲ τῷ ἀνδρὶ τοὺς λόγους ἀπήγγειλε τῆς νεάνιδος, καὶ Νεεμὰν τὰ λαληθέντα τῷ βασιλεῖ Συρίας ἀνήνεγκε. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιστολὴν ἐκτίθεται περὶ τοῦ θερα- B πευθῆναι τὸν Νεεμὰν πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ. Νεεμὰν δὲ λαβὼν δέκα τάλαντα ἀργυρίου καὶ ἑξακισχιλίους χρυσοῦς καὶ δέκα ἀλλασσομένας στολάς, ἐπορεύθη ἐπὶ Σαμάρειαν καὶ τὴν ἐπιστολὴν τῷ βασιλεῖ ἐνεχείρισεν. ὁ δὲ ἀναγνοὺς αὐτὴν διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων ὅτι "πρόφασιν καθ' ἡμῶν ὁ βασιλεὺς Συρίας ζητεῖ." Ἐλισσαιὲ δὲ ταῦτα μαθὼν "ἐλθέτω πρός με ὁ Νεεμάν" μεμήνυκε τῷ βασιλεῖ Ἰσραήλ. καὶ ἐλθόντι στείλας δεδήλωκεν ἀπελθεῖν εἰς τὸν Ἰορδάνην καὶ λούσασθαι ἑπτάκις, καὶ οὕτω τῆς λέπρας ἀπαλλαγήσεσθαι. ὠργίσθη δὲ Νεεμὰν ὅτι

17 ἀργυρίου A LXX, ἀργύρου PW.

animadversa prophetam inclamarunt tanquam e vestigio morituri. ille farina in lebetem iniecta eos vesci iubet: quo facto nihil ex eo cibo incommodi senserunt. cum quidam ei panes viginti attulisset ac palathas, ministrum ea populo apponere iubet. qui cum diceret "quid ista ad centum viros?" "dato" inquit "ut vescantur: nam et saturabuntur et aliquid supererit." et ita factum est ut ille dixerat.

Erat quidam Neeman nomine, magnae apud Syriae regem auctoritatis, lepra infectus. cuius uxori cum mulier Israelitica bello capta serviens dixisset, si ad Elisaeum prophetam abiret herus suus, morbum eius curatum iri, ea verba uxor marito, maritus regi Syriae refert; rex vero litteras scribit ad regem Israelis de Neemanis curatione. ipse Neeman, sumptis decem argenti talentis et sex mile aureis et decem stolis lautioribus, Samariam proficiscitur, litterasque regi tradit. quibus ille lectis vestes suas laceravit, Syriae regem causam contra se quaerere dicens. eo cognito Elisaeus ad se Neemanem mitti iubet. qui cum venisset, septies in Iordane lavandum esse per nuntium ei significat: sic lepra iri liberatum. Neeman vero iratus quod sibi propheta

μὴ ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ὁ προφήτης καὶ ηὔξατο καὶ ἐπέθετο αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἀγανακτῶν ὑπεχώρει, λέγων "οὐκ εἰσι ποταμοὶ παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην; πορευθεὶς λούσομαι ἐν αὐτοῖς W I 70 C καὶ καθαρισθήσομαι." ὑποχωροῦντι δὲ εἶπον αὐτῷ οἱ θεράποντες "ποίησον τὸν τοῦ προφήτου λόγον, ῥᾴδιον ὄντα." καὶ κατέβη Νεεμὰν καὶ ἐβαπτίσατο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἑπτάκις, καὶ ἐκαθαρίσθη· καὶ ἀναστρέψας ηὐχαρίστει τῷ προφήτῃ, καὶ μὴ εἶναι θεὸν ἕτερον ὡμολόγει παρὰ τὸν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ ἠξίου αὐτὸν λαβεῖν τι ἐξ ὧν ἐκόμιζεν· ὁ δὲ ἀπηνήνατο. καὶ ὑπέστρεψε Νεεμάν. Γιεζὶ δὲ κατεδίωξεν αὐτὸν καὶ εἶπεν "ὁ προφήτης ἀπέστειλέ με λήψεσθαι ἀπὸ σοῦ τάλαντον ἀργυρίου καὶ δύο στολάς, δοθησόμενα δεομένοις τισὶν ἄρτι προσελθοῦσιν αὐτῷ." καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Νεεμάν· καὶ ὑπέστρεψε Γιεζὶ πρὸς Ἐλισσαιέ. ἔγνω δὲ ὁ προφήτης ὃ εἴργαστο τῷ Γιεζί, καὶ εἶπεν αὐτῷ "ὅτι ἔλαβες D τὸ ἀργύριον καὶ τὰ ἱμάτια ἀπὸ τοῦ Νεεμάν, ἡ λέπρα ἐκείνου κολληθήσεται σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου." καὶ ἐξῆλθε λελεπρωμένος.

Οἱ υἱοὶ δὲ τῶν προφητῶν οἱ μετὰ Ἐλισσαίου ἐπορεύθησαν εἰς τὸν Ἰορδάνην τεμεῖν ξύλα ὡς ἂν ποιήσωσιν ἑαυτοῖς σκηνάς· καὶ Ἐλισσαῖος αὐτοῖς συνεπορεύετο. τεμνόντων δὲ τὰ ξύλα ἑνὸς τὸ τῆς ἀξίνης σιδήριον ἐνέπεσεν εἰς τὸν ποταμόν. καὶ ὁ τῆς ἀξίνης κύριος τὸν προφήτην ἐπεκαλέσατο, καὶ τὸν τόπον ὑπέδειξεν

2 παρ' ἡμῖν ποταμοὶ A. 4 ὑποχωροῦντι AW, ὑπεργχωροῦντι P. 9 ὑπέστρεψε A, ὑπέστρεφε PW. 20 καὶ] καὶ ὁ A. συμπεπόρευτο A.

non obviam egressus esset ac manibus impositis vota fecisset, per indignationem discedit, quasi vero Syria non haberet flumina Iordane meliora, in quibus si lavisset, mundaretur. sed inter abeundum monitus a famulis ut prophetae pareret monitis, quae nihil difficile complecterentur, obtemperat, et septies in Iordane mersus mundatur; ac reversus gratiis prophetae actis confitetur non esse alium deum praeter Israeliticum, petens ut muneris aliquid acciperet. verum illo recusante discedit. Giezis autem eum persequens "propheta" inquit "me misit ut argenti talentum et duas stolas acciperem, quae det egentibus qui illum modo convenerunt." iis acceptis Giezis ad Elisaeum redit: qui cum factum illius cognovisset, ei dixit "quia pecuniam et vestes a Neemane accepisti, lepra illius tibi et semini tuo adhaerescet." sic ille leprosus exit.

Prophetarum autem filiis ad Iordanem ligna caesum profectis, ut sibi tabernacula constituerent, Elisaeo comitante, cuiusdam securis elapsa capulo in flumen decidit. is prophetam vocat, et locum monstrat ubi

αὐτῷ ἐν ᾧ κατέδυ ὁ σίδηρος. ὁ δὲ ξύλον λαβὼν ἐνέβαλεν ἐκεῖ. καὶ ἀνέδυ τὸ σιδήριον, καὶ ἐπιπολάσαν ἔλαβεν αὐτὸ ὁ ἀπολέσας αὐτό.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Συρίας ἐνέδραν ἐκάθισεν ἵν' ἕλῃ τὸν βασιλέα P I 100 τὸν Ἰωράμ. ἀπέστειλε δὲ ὁ προφήτης πρὸς Ἰωρὰμ φυλάττεσθαι αὐτῷ ἐντελλόμενος καὶ μὴ ἀπιέναι πρὸς θήραν. καὶ ὁ μὲν οὐκ ἐξῄει, Ἄδερ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἁμαρτὼν τοὺς οἰκείους ὑπώπτευε γίνεσθαι προδότας τῶν βεβουλευμένων αὐτῷ. φησάντων δ' ἐκείνων οὐκ αὐτοὺς ἀλλὰ τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον μηνύειν αὐτῷ τὰ ἀπόρρητα, στέλλει ἐν Δοθαῒν στράτευμα ἵν' αὐτὸν λάβοιεν. ἰδὼν δὲ τὸν λαὸν κύκλῳ τῆς πόλεως ὁ τοῦ προφήτου διάκονος, περιδεὴς ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλων τὸ πρᾶγμα. ὁ δὲ "μὴ δέδιθι" ἔφη, καὶ ἱκέτευσε τὸν θεὸν δεῖξαι τῷ διακόνῳ αὐτοῦ ὅπως φυλάττεται παρ' αὐτοῦ. καὶ δέδωκεν ὁ θεὸς τῷ B θεράποντι τοῦ προφήτου χάριν ἰδεῖν αὐτὸν ἅρμασι καὶ ἵπποις πυρίνοις κεκυκλωμένον. ἠμαύρωσε δὲ ὁ προφήτης προσευξάμενος καὶ τὰ ὄμματα τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐξελθὼν πρὸς αὐτοὺς ἔφη "ἀκολουθεῖτέ μοι καὶ δώσω τὸν Ἐλισσαῖον ὑμῖν." οἱ δὲ εἵποντο, καὶ τὰς ὄψεις βεβλαμμένοι καὶ τὴν διάνοιαν. ἀπαγαγὼν δὲ αὐτοὺς εἰς Σαμάρειαν, περιστῆσαι αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ δύναμιν τῷ βασιλεῖ ἐνετείλατο. καὶ τὸν θεὸν ᾔτει περιαιρεθῆναι τὴν ἀχλὺν ἐκ τῶν ὀμμάτων αὐτῶν. περιαιρεθείσης δὲ εἶδον ἑαυτοὺς οἱ Σύροι μέσον ἐμπεριειλημμένους τῶν πολεμίων. Ἐλισσαῖος δὲ

6 ἐντελλόμενος A, ἐντελλόμενον PW. 12 ἀφίκετο A, ἐγένετο PW. 13 δέδιθι A, δέθιθι W, δεῦθι P. 16 προσευξάμενος ὁ προφήτης A. 23 περιειλημμένους A.

demersum esset ferrum. at ille cum lignum iniecisset, emersit ferrum: idque supernatans aquae recipit is qui amiserat.

Cum rex Syriae Ioramum Israelitarum regem per insidias captaret, Elisaeus misso nuntio eum monet ut caveat nec venatum egrediatur. paret ille. Ader frustratus insidiis suos proditionis suspectos habere: illi affirmare non se sed Elisaeum prophetam arcana regi nuntiare. mittit igitur exercitum Dothaim ad prophetam capiendum: a quo minister illius urbem circumdatam videns, perterritus rem prophetae nuntiat. at ille timere vetat, ac deum orat ut famulo demonstret quomodo ipse divinitus custodiatur. quo impetrato videt famulus prophetam curribus et equis igneis vallatum. qui denuo precatus hostium oculos perstrinxit, et ad eos egressus "me sequimini" inquit, "et tradam vobis Elisaeum." sequuntur illi et oculis et animis occaecatis. quos cum Samariam perduxisset, regem iubet eos suis copiis circumdare; et deum orat ut caliginem illorum oculis amoveret. quo facto Syri se in hostium medio versari vident. verum Elisaeus neminem eos laedere patiebatur,

οὐδένα ἐπιθέσθαι αὐτοῖς παρεχώρει, ξενίσαι δὲ μᾶλλον καὶ ἀπολῦσαι ἀπαθεῖς συνεβούλευε. φιλοτίμως οὖν ὁ Ἰωρὰμ ἑστιάσας αὐτοὺς κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἀφῆκεν. οἱ δὲ ἀπῆλθον C καὶ τὰ γεγονότα τῷ ἑαυτῶν βασιλεῖ διηγήσαντο· καὶ ἐξεπλάγη.

17. Μετὰ ταῦτα δὲ πανστρατιᾷ παρελθὼν εἰς Σαμάρειαν ὁ βασιλεὺς Συρίας ἐπολιόρκει αὐτήν. καὶ ἐγένετο λιμὸς σφοδρότατος ἐν αὐτῇ, ὥστε κεφαλὴν ὄνου πεντήκοντα νομισμάτων ἀργύρου πραθῆναι, καὶ ξέστην κόπρου περιστερῶν πεντήκοντα νομισμάτων ὁμοίων. τοῦ δὲ βασιλέως Ἰωρὰμ περιιόντος τὸ τεῖχος ἐβόησε γύναιον "σῶσον ὦ βασιλεῦ." ὁ δὲ νομίσας τροφὴν αἰτεῖν τὴν γυναῖκα "πόθεν σε σώσω" βλασφημήσας αὐτὴν ἔφη "μήτε ἅλωνός μοι μήτε ληνοῦ ὑπαρχούσης;" τῆς δὲ κρίσιν αἰτεῖν εἰπούσης, λέγειν ἐπέτρεψε. καὶ ἡ γυνή "συνθήκας" εἶπεν D "ἐθέμην μεθ' ἑτέρας γυναικὸς γειτνιώσης μοι, θῦσαι τὰ τέκνα ἡμῶν καὶ ἀνὰ μίαν ἡμέραν ἀλλήλας θρέψαι. κἀγὼ μὲν τὸ ἐμὸν ἔθυσα, ἡ δὲ παραβαίνει τὰ ὡμολογημένα." τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ὑπερήλγησε καὶ τὴν ἐσθῆτα διέρρηξε, καὶ κατὰ τοῦ προφήτου ἐξώργιστο ὅτι μὴ δέοιτο τοῦ θεοῦ λῦσαι τὴν κάκωσιν, W I 71 καὶ τὸν ἀποκτενοῦντα αὐτὸν ἔπεμψεν. Ἐλισσαῖος δὲ τοῖς φοιτηταῖς ὁμιλῶν προεῖπεν αὐτοῖς ὅτι "ὁ τοῦ φονέως υἱὸς κτανεῖν με ἀπέστειλεν, ἀλλ' ὑμεῖς τὴν θύραν κλείσαντες κωλύσατε τὴν εἴσοδον τῷ σφαγεῖ· ἕψεται γὰρ μεταμεμελημένος ὁ βασιλεύς." καὶ

1 παρεχώρησε A. 2 συνεβούλευσε A. 8 πεντήκοντα] πέντε A Iosephus LXX (cod. Alex. πεντήκοντα πέντε).

FONTES. *Cap.* 17. *Iosephi Ant.* 9 4. *Regum* 4 6—8.

sed consulebat ut accepti hospitaliter incolumes dimitterentur. Ioramus rex prophetae monitis diligenter paret: illi discedunt ac regi quid acciderit nuntiant. Syrus audita re obstupescit.

17. Post haec cum omnibus suis copiis Samariam obsidet: in qua tanta fames orta est, ut caput asini quinquaginta nummis argenteis veniret, et sextarius columbini fimi totidem. cum autem rex Ioramus moenia circumiret, inclamat eum muliercula, conservari se petens. quam ille cibum petere suspicans, cum indignatione "mihi neque area est" inquit "neque torcular: quomodo te conservem?" sed illa iudicium petere se dicente, causam agere iubet. ibi mulier "pepigi" inquit "cum vicina mea ut filios nostros mactemus, et alternis diebus altera alteram alat. nunc cum ego meum mactarim, illa non stat conventis." his rex auditis ingenti dolore affectus et laceratis vestibus suis prophetae irascitur quod mala ista precibus non averteret, ac percussorem contra illum mittit. sed Elisaeus coetui discipulorum id praedixerat. "homicidae" inquit "filius misit qui me perimat, sed vos clausis foribus aditu percussorem prohibete: sequetur enim rex mutato consilio." ita-

οἱ μὲν κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἐποίησαν, Ἰωρὰμ δὲ μετα-
P I 101 βουλευσάμενος σπεύδων πρὸς τὸν προφήτην ἀφίκετο καὶ ᾐτιᾶτο αὐτὸν ὅτι μὴ δέοιτο τοῦ θεοῦ λῦσαι σφίσι τὰ λυπηρά. ὁ δὲ "αὔριον" ἔφη "δύο σάτα κριθῆς πραθήσεται σίκλου, καὶ σεμιδάλεως σάτον σίκλου." καί τις τῶν ἑπομένων τῷ βασιλεῖ "ἄπιστα" ἔφη "λέγεις, προφῆτα." ὁ δὲ "ὄψει μὲν" ἔφη "τὰ ἐπηγγελμένα, οὐκ ἀπολαύσεις δὲ αὐτῶν διὰ τὴν ἀπιστίαν." κατὰ δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην κτύπον ἁρμάτων ἵππων τε καὶ ὅπλων καὶ πλήθους ἀλαλαγμὸν ἐνεποίησεν ὁ θεὸς τῶν Σύρων ταῖς ἀκοαῖς. οἱ δὲ συμμαχικὸν προσλαβέσθαι πολὺ τὸν Ἰωρὰμ οἰηθέντες καὶ ἐπέρχεσθαι σφίσι, λιπόντες τὸ στρατόπεδον περιδεῶς ἀπεδίδρασκον. λεπροὶ δὲ τέσσαρες ἄνδρες ἔξω τῆς πόλεως ἦσαν,
B τοῦ νόμου τοὺς λεπροὺς κελεύοντος ἐξωθεῖσθαι τῶν πόλεων. οἱ γοῦν λεπροὶ ἐκεῖνοι ἤδη τῷ λιμῷ φθειρόμενοι προσελθεῖν τῇ τῶν Σύρων παρεμβολῇ ἐβουλεύσαντο, λέγοντες ὡς "ἢ φείσονται ἡμῶν καὶ τραφέντες ζησόμεθα; ἢ ἀναιρεθέντες τῶν κακῶν ἀπαλλαγησόμεθα." ἧκον οὖν ὄρθρου πρὸς τὸ τῶν Σύρων στρατόπεδον, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἑωρᾶτο· παρῆλθον εἰς μίαν σκηνήν, καὶ κενὴν ἀνθρώπων κατέλαβον· ἐξ ἐκείνης εἰς ἑτέραν μετέβησαν, κἀκείνην ἔρημον οὖσαν εὑρήκασι· καὶ εἰς πλείους δὲ μεταβάντες ὡς οὐδενὶ ἐνετύγχανον, πρῶτον μὲν ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον, εἶτα χρυσίον τε καὶ ἀργύριον καὶ ἱμάτια λαβόντες ἐκεῖθεν ἔκρυψαν, καὶ οὕτως

7 αὐτῶν post ἀπιστίαν A. 9 ἀλαλαγμὸν A, ἀλαλαγμῶν PW. 14 φθειρόμενοι τῷ λιμῷ A. 17 ὄρθρον A, ὄρθρους P, ὄρθους W. 22 ἱμάτιον A.

que factum est: nam Ioramus omissa priore cogitatione properanter ad prophetam venit, expostulans quod aerumnarum depulsionem deum non exoraret. at ille "cras" inquit "duo sata hordei siclo vendentur, et similaginis satum tantidem." tum quidam ex regis comitibus "incredibilia" ait, "propheta, dicis." cui ille "quae pollicitus sum" inquit "videbis; sed ob incredulitatem iis non frueris." ea igitur nocte sonitum curruum, equorum et armorum, et multitudinis fremitum in Syrorum auribus excitavit deus. qui magnas auxiliares copias advenisse Ioramo rati et contra se ire, castris relictis trepide aufugiunt. leprosi autem quattuor extra urbem erant (nam iis habitare in urbibus lege interdictum est), qui fame paene enecti castra Syrorum ingredi decreverunt. nam "aut parcent nobis Syri" inquiunt, "ciboque potiti vivemus, aut interfecti malis liberabimur." veniunt diluculo ad castra Syrorum, vident neminem: unum tabernaculum intrant, vacuum id hominibus deprehendunt: ex eo in aliud transeunt, illud etiam desertum inveniunt: in plura progressi cum in neminem incidissent, primum edunt et bibunt, deinde aurum argentum vestem ablata occultant, et

εἰς τὴν πόλιν ἐλθόντες τὸ γεγονὸς ἀνεκήρυττον. ὁ δὲ βασιλεὺς C ἀκούσας ἐνέδραν εἶπεν εἶναι τοῦτο τῶν πολεμίων, καὶ μὴ προϊέναι διεκελεύετο, τοὺς δὲ κατασκοπήσοντας ἔπεμψεν. οἳ ἀπελθόντες ἐνέτυχον μὲν οὐδενὶ παρὰ τὴν ὁδόν, πλήρη δὲ αὐτὴν ἱματίων καὶ σκευῶν εὕρισκον. ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς διαρπάσαι τὴν παρεμβολὴν τῷ πλήθει ἐπέτρεψεν. ὅθεν τοσαύτη ἀφθονία τῶν ἀναγκαίων ἐγένετο, ὡς δύο σάτα κριθῆς σίκλου πωλεῖσθαι, σάτον δὲ σεμιδάλεως· τὸ δὲ σάτον ἐστὶν Ἰταλικὸν ἡμιμέδιμνον. μόνος δὲ τῆς ἀφθονίας ἐκείνης οὐκ ἀπώνατο ὁ τοῦ βασιλέως τριστάτης, κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον, ὃς τῇ αὐτοῦ προρρήσει ἠπίστησε· συρρευσάντος γὰρ τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν πύλην D τῆς πόλεως συνεπατήθη καὶ τέθνηκεν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Δαμασκοῦ μετὰ ταῦτα ἐνόσησε. καὶ ὁ Ἐλισσαῖος ἀπῆλθε τότε πρὸς Δαμασκόν· καὶ ἤκουσεν ὁ νοσῶν περὶ τοῦ προφήτου, καὶ ἀπέστειλεν Ἀζαὴλ τὸν ἐντιμότερον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, ἐρωτῶντα εἰ ζήσεται. ἔπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ δῶρα πολλά. ἐρωτηθεὶς δὲ ὁ προφήτης τεθνήξεσθαι μὲν τὸν νοσοῦντα βασιλέα προεῖπε, τῷ δὲ Ἀζαὴλ ἐνετέλλετο μηδὲν ἐκείνῳ εἰπεῖν· αὐτὸς δὲ ἔκλαιε. καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Ἀζαὴλ τοῦ κλαυθμοῦ τὴν αἰτίαν, θρηνεῖν ἔφη προορῶν ὅσα ἐκ σοῦ συμβήσεται τοῖς Ἰσραηλίταις δεινά· σὺ γὰρ βασιλεὺς ἔσῃ P I 102 Συρίας. ὑποστρέψας δὲ Ἀζαὴλ πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ, ἀπήγ-

1 ἀνεκήρυττον AW, ἀνέκρυπτον P. 6 ἐγένετο τῶν ἀναγκαίων A. 8 ἡμιμέδιμνον] Iosephus μόδιον καὶ ἥμισυ. 9 μόνος A, μόνης PW. 10 τριστάτης] ἐπιστάτης A: illud LXX: Iosephus ὁ τῆς τρίτης μοίρας ἡγεμών.

ingressi urbem rem nuntiant. qua rex audita Syrorum insidias eas esse dicit, suos ab egressu deterret, speculatores mittit. qui in itinere in neminem inciderunt, sed castra plena vestibus et vasis repererunt. tum rex castra populo diripienda dat: unde tanta rerum necessariarum copia exstitit, ut duo sata hordei siclo venirent, et satum similaginis tantidem. est autem satum semimedimnus Italicus. solus autem eius ubertatis fructum non cepit dux ille regius, quemadmodum propheta dixerat, ob abrogatam verbis illius fidem: nam multitudine populi ad portam confluente obtritus est.

Post haec rex Damasci aegrotavit. Elisaeus autem tum Damascum abiit: cuius adventu aeger audito, misso Azahele ex honoratioribus ministris, percontatur an victurus esset, missis etiam muneribus multis. respondet ille paulo post moriturum esse aegrotantem, sed Azahelem vetat id illi dicere, et ipse plorat. ploratus causam sciscitanti Azaheli respondet, deplorare se mala quae ille Israelitis illaturus esset: eum enim Syriae regno potiturum. Azahel ad dominum suum reversus nun-

γειλε φάναι τὸν προφήτην ὡς ζήσεται. τῇ δ' ἐπιούσῃ δίκτυον αὐτῷ ἐπιβαλὼν διάβροχον, τὸν μὲν ἀπέπνιξεν, αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας ἐπείληπτο.

18. Ὁ δὲ τοῦ Ἰούδα βασιλεὺς Ἰωράμ (ἡ γὰρ αὐτὴ κλῆσις ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν προσῆν) εἰς ἀσέβειαν ἐξεκυλίσθη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γοθολίας, θυγατρὸς οὔσης τοῦ Ἀχαάβ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἀνεῖλε καὶ τοὺς πατρῴους θεράποντας, καὶ τὸν λαὸν συνασεβεῖν αὐτῷ κατηνάγκαζεν. οὕτω δὲ βιοῦντι ὁ προφήτης ἐπέστειλε, προμηνύων αὐτῷ τὸν ἐσόμενον ὄλεθρον καὶ τὴν
B W I 72 τῶν γυναικῶν αὐτοῦ καὶ τῶν τέκνων φθορὰν διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν τοῦ λαοῦ κάκωσιν· ἃ καὶ εἰς ἔργον ἐξέβησαν, Ἀράβων ἐπιστρατευσάντων τῇ Ἰουδαίᾳ, ἑνὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ περισωθέντος τοῦ Ὀχοζίου. Ἰωρὰμ δὲ μετὰ ταῦτα νοσήσας, ὡς ὁ προφήτης προείρηκε, βιαίως ἐξέψυξε, ζήσας μὲν ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα, βασιλεύσας δὲ ὀκτώ. ἡ δ' ἀρχὴ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ὀχοζίᾳ περιελήλυθεν.

Ἰωρὰμ δὲ τῷ ἑτέρῳ, τῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖ, κατὰ τῶν Σύρων στρατεύσαντι συνέβη τοξευθῆναι ἐν τῷ πολέμῳ. καὶ ὁ μὲν ἀνεχώρησε θεραπευθησόμενος τὴν πληγήν, ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς καταλείψας Ἰηοῦν τὸν τοῦ Ἀμασῆ· Ἐλισσαῖος δ' ἕνα τῶν μαθητῶν ἔπεμψε χρίσοντα εἰς βασιλέα τὸν Ἰηοῦν, ὡς τοῦ
C θεοῦ αὐτὸν ᾑρημένου. ὁ δ' ἐλθὼν ἰδίᾳ τῶν ἄλλων ἀπολαβὼν

5 τοῖν ἀμφοῖν τοῖν A. 6 γοθολιᾶς A. τοῦ] τῷ A. 7 αὐτοῦ AW, om P. 9 ἔστειλε μηνύων A. 13 ante Ἰωρὰμ PW add καί, om A. 17 τῷ alterum add A.

Fontes. *Cap.* 18. *Iosephi Ant.* 9 5 et 6. *Regum* 4 8—10. *Paralip.* 2 21 et 22.

tiat prophetam incolumitatem illi polliceri: postridie madido reticulo iniecto eum suffocat, ipse regnum invadit.

18. At Ioramus rex Iudaeorum (idem enim utrique regi nomen erat) a Gotholia uxore, Achabi filia, ad impietatem devolutus, et fratres sustulit et paternos ministros, et populum eandem sequi coegit impietatem. cui ita viventi nuntium misit propheta cladis imminentis et interitus uxorum et liberorum eius, ob impietatem populique vexationem. neque multo post Arabes bello Iudaeos afflixerunt, uno tantum Ochozia ex regiis filiis non interfecto. Ioramus etiam, ut propheta praedixerat, ex morbi gravitate interiit, anno aetatis quadragesimo, regni octavo, Ochozia filio successore relicto.

Accidit autem ut Ioramus alter, Israelitarum rex, suscepta contra Syros expeditione vulneratus, Ieho Amasis filio apud exercitum cum imperio relicto, ad curandum ictum abiret. sed Elisaeus quendam ex discipulis ad Iehum regem inungendum mittit, ut delectum a deo. qui

τὸν Ἰηοῦν, ὡς δή τι λέξων αὐτῷ μυστικώτερον, εἰς τὸ ταμιεῖον εἰσδύς, τὸ ἔλαιον κατέχει τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, φήσας αἱρεῖσθαι τὸν θεὸν εἰς βασιλέα αὐτόν, ἵν᾽ ἀφανίσῃ τὸ γένος τοῦ Ἀχαάβ. καὶ ὁ μὲν ἅμα τε εἶπε καὶ ἐκ τοῦ ταμιείου σπουδαίως ἐξέδραμε, πυνθανομένων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ τί ἂν βούλοιτο ὁ καλέσας αὐτόν, καὶ μεμηνότι παρεικαζόντων ἐκεῖνον, "ὀρθῶς ἐκρίνατε" ἔφη, "ἐπεὶ καὶ λόγους μοι μεστοὺς μανίας ἀπήγγειλεν· εἴρηκε γὰρ βασιλέα με χειροτονεῖν τὸν θεόν." καὶ ὁ λαὸς ἀκούσας ταῦτα σαλπίζων ἀνηγόρευε βασιλέα τὸν Ἰηοῦν. ὁ δὲ αὐτίκα τοὺς λογάδας D τῶν ἱππέων παραλαβὼν ἐξώρμησεν, ἵν᾽ ἀθρόον ἐπέλθῃ τοῖς περὶ τὸν Ἰωράμ. τοῦ δὲ σκοποῦ τῷ Ἰωρὰμ ἱππεῖς ἥκειν φήσαντος, ἔστειλέ τινα ἐκεῖνος ἐρωτῶντα τί ἂν βούλοιντο. Ἰηοῦς δὲ μηδὲν ἀποκριθεὶς ἕπεσθαι αὐτῷ προετρέπετο. εἶτα καὶ δεύτερον ἔστειλεν· οὐδ᾽ ἐκείνου δὲ ἀναστρέψαντος, αὐτὸς ὁ Ἰωρὰμ τοῦ ἅρματος ἐπιβάς, σὺν Ὀχοζίᾳ ἐλθόντι πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ, ἀδελφῆς αὐτοῦ ὄντι υἱῷ, συνήντησεν ἐν ἀγρῷ Ναβουθαὶ τῷ Ἰηοῦ, καὶ ἤρετο περὶ τῆς στρατιᾶς ὅπως ἔχει· ὁ δὲ βλασφημίας αὐτοῦ κατέχεεν. Ἰωρὰμ δὲ στραφεὶς ἀπεδίδρασκε δεδιώς. καὶ P I 103 Ἰηοῦς τὸ τόξον ἐντείνας βάλλει αὐτόν. καὶ τοῦ ἅρματος ἐκπεσὼν τέθνηκε, καὶ ἐρρίφη εἰς τὸν τοῦ Ναβουθαὶ ἀγρὸν κατὰ τὴν πρόρρησιν Ἠλιοῦ, ἣν πρὸς Ἀχαὰβ ἐποιήσατο. καὶ Ὀχοζίαν δὲ φεύγοντα ἐτόξευσεν Ἰηού, καὶ ἐκ τῆς πληγῆς μετὰ μικρὸν ἐτε-

1 τὸν om A. 2 αὐτοῦ om A. 14 ὁ om A. 16 ἀδελφοῦ A. τῷ] τοῦ A. 19 Ἰηοὺς PW, quae supra Ἰηοῦς cum Iosepho, infra Ἰηοὺ cum LXX.

Ieho seducto ut arcani aliquid communicaturus, et conclave ingressus, caput eius oleo perfundens, eum a deo creari regem ait ad Achabi genus delendum, et his dictis subito e conclavi se proripit. percontantibus autem suis quid ab illo vocatus esset, qui quidem furentis gestum prae se ferret, "recte" inquit "iudicatis: nam verba furore plena mihi nuntiavit: dixit enim me a deo creatum esse regem." quibus populus auditis, Iehum tubis inflatis regem salutat. quo facto ille delectis equitibus assumptis ad Ioramum subito opprimendum proficiscitur. cum autem speculator Ioramo dixisset adventare equites, mittit quendam qui roget quid velint. eum Iehus nullo dato responso se iussit sequi. misso et altero nec reverso, Ioramus ipse curru conscenso cum Ochozia sororis suae filio, qui visendi eius gratia venerat, Ieho in agro Nabuthis occurrit, rogans ut se haberet exercitus. qui cum maledictis eum insectaretur, Ioramus territus fugam capessit. tum Iehus intento arcu eum ferit, ut curru delapsus moreretur. sic in Nabuthis agrum est proiectus, quemadmodum Elias Achabo praedixerat. Ochoziam item fugientem sagitta icit Iehus, ex quo vulnere is quoque paulo post est

λεύτησεν, ἕνα βασιλεύσας ἐνιαυτόν. Ἰεζάβελ δ᾽ ἐκ τοῦ πύργου προκύπτουσα, κεκαλλωπισμένη πρὸς τὸ ἐπαγωγότερον, "ἀγαθὸς" εἶπε "δοῦλος ὃς τὸν δεσπότην ἀνεῖλεν." Ἰηοὺ δὲ ἄνωθεν αὐτὴν ῥῖψαι τοῖς εὐνούχοις προσέταξε. καὶ καταφερομένης αὐτῆς περιερράνθη τὸ τεῖχος τῷ αἵματι· ἡ δὲ τέθνηκεν. Ἰηοὺ δὲ B ταφῆναι αὐτὴν προστάξαντος διὰ τὸ γένος αὐτῆς τὸ βασίλειον, οἱ προσταγέντες οὐδὲν εὗρον ἐκ τοῦ σώματος αὐτῆς ἢ μόνα ὀστᾶ· ὑπὸ γὰρ κυνῶν διεσπάρακτο, ὡς Ἠλιοὺ προεφήτευσεν.

Ἦσαν δὲ ἐν Σαμαρείᾳ τῷ Ἀχαὰβ υἱοὶ ἑβδομήκοντα. ἐπέστειλεν οὖν Ἰηοὺ τοῖς ἄρχουσι Σαμαρείας καὶ τοῖς παιδαγωγοῖς τῶν υἱῶν Ἀχαάβ, δηλῶν τὸν κρείττω τούτων βασιλεῦσαι αὐτούς. πειρώμενος δὲ τῶν ἀνδρῶν ἔγραψε ταῦτα. οἱ δὲ αὐτὸν ἔχειν δεσπότην ἀντέγραψαν. καὶ αὖθις ἐπέστειλεν Ἰηού, εἰ δουλείαν ὁμολογοῦσιν αὐτῷ, τὰς κεφαλὰς πάντων τῶν παίδων τοῦ Ἀχαὰβ κομίσειν αὐτῷ. κἀκεῖνοι τὸ ἐπιταχθὲν πεποιήκασιν. ὁ δὲ πρὸ τῆς πύλης τῆς πόλεως τεθῆναι τὰς κεφαλὰς ἐν δυσὶ τόποις ἐκέ- C λευσε. καὶ τούτου γενομένου προελθὼν "ἐγὼ μὲν" εἶπε "τὸν βασιλέα ἀνῄρηκα, οὗτοι δὲ κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ προφήτου ἀπώλοντο·" καὶ πάντας δὲ τοὺς συγγενεῖς Ἀχαὰβ ἐρευνήσας ἀπέκτεινεν Ἰηού. ἀπιόντι δὲ αὐτῷ εἰς Σαμάρειαν συναντᾷ Ἰωναδάβ, καὶ προσειπὼν εὐλόγησεν αὐτὸν ὅτι ἐξωλόθρευσε τὸ γένος τοῦ Ἀχαάβ.

W I 73 Εἶτα ἵνα μή τις λάθῃ τῶν ψευδοπροφητῶν καὶ τῶν ἱερέων τοῦ Βάαλ, θυσίαν ἐκήρυξε μέλλειν θῦσαι πολυτελῆ, καὶ πάντας

5 τῷ om A. 13 εἰ A, καὶ εἰ PW. 19 δὲ om A.

mortuus, cum unum regnasset annum. Iezabel autem de turri prospectans, exquisite culta ut gratiosior esset, "bonus" inquit "servus qui dominum suum sustulit." Iehus autem eunuchis mandat ut eam superne praecipitarent, e quo casu cruentatis parietibus illa periit. quam cum Iehus ob genus regium sepeliri iuberet, ministri praeter ossa nihil repererunt: canes enim eam dilacerarant, ut Elias praedixerat.

Erant Achabo Samariae septuaginta filii. Iehus igitur magistratibus Samaritanis et puerorum educatoribus scribit, significans ut praestantissimum illorum regem crearent. id autem tentandi gratia faciebat. illi rescribunt, eum esse suum dominum. rescribit igitur Iehus, si se servos suos esse faterentur, capita omnium filiorum Achabi allaturos. exsequuntur illi iussa. rex capita ante portam urbis duobus poni locis iubet, eoque facto progressus "ego" inquit "regem sustuli: isti secundum prophetae praedictionem perierunt." et omnes Achabi cognatos conquisitos necat. Samariam autem proficiscentem Iehum Ionadabus obviam egressus collaudat ob exstirpatam Achabi familiam.

Ne quis autem pseudoprophetarum et Baalis sacerdotum lateret, Iehus se magnifice facturum esse rem divinam denuntiat, sacerdotes et

τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βάαλ καὶ τοὺς προφήτας παρεῖναι ἐκέλευσεν· εἰ δέ τις μὴ παρείη, θάνατον εἶναί οἱ ἔφη τὸ ἐπιτίμιον. ἀθροισθεῖσι δὲ ἐνδύματα δούς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὸν οἶκον μετ' αὐτῶν ἀπελθὼν τοῦ Βάαλ, μή τινα αὐτοῖς ἕτερον ἀναμεμῖχθαι D προσέταξεν. τῶν δὲ μηδένα παρεῖναι φησάντων ἕτερον, στρατιώτας περιέστησεν ἔξω, κελεύσας ἀποκτεῖναι τοὺς ἔνδον. οἳ ἐκείνους τε πάντας ἀνεῖλον καὶ τὸν οἶκον τοῦ Βάαλ ἐνέπρησαν καὶ τὴν στήλην αὐτοῦ· τὰς δὲ χρυσᾶς δαμάλεις οὐ περιεῖλεν. ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ ἐπηγγείλατο τὸν οἶκον ἐξαφανίσαντι Ἀχαὰβ ἐπὶ τετάρτην γενεὰν τῶν παίδων αὐτοῦ διαρκέσειν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

19. Οὕτω μὲν οὖν τὸ γένος ἐξωλοθρεύθη τοῦ Ἀχαάβ· ἡ δὲ θυγάτηρ ἐκείνου Γοθολία, ἣ Ὀχοζίᾳ συνῴκει τῷ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλεῖ, θανόντος ἐκείνου τῆς βασιλείας Ἰούδα ἐγκρατὴς οὖσα, σπούδασμα ἔθετο καὶ αὐτὴ τὸ γένος ἐξολοθρεῦσαι τὸ τοῦ P I 104 Δαβίδ. καὶ χωρὶς ἑνὸς ἀπέκτεινεν ἅπαντας. ἡ γὰρ ἀδελφὴ Ὀχοζίου Ἰωσαβεὲ καλουμένη, ἀναιρουμένων τῶν υἱῶν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς, ἠδυνήθη ἕνα νήπιον ὄντα, ὄνομα Ἰωάς, ἀποκρύψαι, καὶ ἔτρεφεν αὐτὸν ἐπὶ ἔτη ἓξ λεληθότως. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ Ἰωδαὲ ὁ ἀρχιερεύς, ᾧ συνῴκει ἡ Ἰωσαβεέ, προσκαλεσάμενός τινας τῶν ἑκατοντάρχων, ὑπέδειξεν ἐκείνοις τὸν Ἰωάς, καὶ κοινολογησάμενος τοῖς ἀνδράσι πείθει τῇ μὲν Γοθολίᾳ ἐπανα-

3 *μετὰ ταῦτα* om A. *μετ' αὐτῶν εἰς τὸν οἶκον ἀπελθὼν* A. 6 *παρέστησεν* A. 8 *αὐτοῦ*] *αὐτὴν* A. 11 *αὐτοῦ* om A. 19 *ἐπὶ* om A. 20 *ἡ* om A.

Fontes. *Cap.* 19. *Iosephi Ant.* 9 7 *et* 8. *Regum* 4 11 *et* 12. *Paralip.* 2 22—24.

prophetas omnes adesse iubet, mortem ei comminatus qui non venisset. cum convenissent, vestes eis dat, et una templum Baalis ingressus edicit ne quis alius iis admisceretur. qui cum neminem alium adesse dixissent, militibus qui foris adstabant mandat ut omnes illos occiderent et templum incenderent et ipsam statuam: caeterum aureos vitulos non sustulit. promisit autem ei deus, cum Achabi domum excidisset, regnum penes filios eius ad quartum usque genus permansurum.

19. Sic Achabi familia exstirpata est. at filia eius Gotholia post obitum Ochoziae mariti potita regno, Davidis et ipsa genus exstirpare contendit, unoque excepto interfecit omnes. nam Iosabe Ochoziae soror, cum filii fratris occiderentur, unum infantem nomine Ioam suffurata clam ad sexennium aluit. anno autem septimo Iodaes pontifex, cui Iosabe nupta erat, quibusdam centurionibus advocatis Ioam monstrat, sermoneque habito persuadet ut a Gotholia desciscentes regnum

στῆναι, τῷ δὲ παιδὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἐπανασώσασθαι. οἳ καὶ ὅρκοις τὰς ὁμολογίας πιστώσαντες ἀπῆλθον καὶ συνήθροισαν τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας καὶ φυλάρχους πρὸς τὸν Ἰωδαέ.
B ὁ δὲ αὐτοῖς τὸν Ἰωὰς ἐνεφάνισε λέγων "οὗτος ὑμῖν βασιλεὺς ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ." καὶ τὸ ἱερὸν περιεκύκλωσε τῷ λαῷ, μέσον δὲ στήσας τὸν Ἰωὰς διάδημά τε αὐτῷ περιέθετο καὶ τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον καταχέας αὐτοῦ βασιλέα ἀπέδειξε· καὶ ὁ λαὸς ἐπευφήμησε. τῆς δὲ βοῆς ἡ Γοθολία ἀκούσασα, τῶν βασιλείων τεθορυβημένη ἐξέθορεν, ἑπομένης αὐτῇ καὶ τῆς στρατιᾶς. ἐλθοῦσαν δὲ εἰς τὸ ἱερὸν τὴν μὲν ἐντὸς οἱ ἱερεῖς εἰσεδέξαντο, τοῖς δὲ περὶ αὐτὴν τὸ πλῆθος ἀπεῖρξε τὴν εἴσοδον. ἡ δὲ τὸν παῖδα ἐστεμμένον ἰδοῦσα ἠπείλησεν ἀνελεῖν τοὺς τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἐπικεχειρηκότας. Ἰωδαὲ δὲ τοῖς ἑκατοντάρχαις ἐπέτρεψεν ἔξω τὴν Γοθολίαν ἑλκύσαντας ἀναιρῆσαι. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐποίησαν,
C Ἰωδαὲ δὲ τόν τε βασιλέα καὶ τὸν λαὸν ὥρκωσε τιμᾶν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους τηρεῖν. καὶ ἐπελθόντες αὐτίκα τῷ τοῦ Βάαλ ναῷ κατέσκαψάν τε αὐτὸν καὶ τὰ ἰνδάλματα τοῦ Βάαλ συνέτριψαν καὶ τὸν ἱερέα ἀπέκτειναν. τὸν δὲ βασιλέα ἐγκαθιστᾶσιν εἰς τὰ βασίλεια, ἑπταέτη τότε τυγχάνοντα. τῷ δὲ ἀρχιερεῖ Ἰωδαὲ τήν τε πρὸς τὸ θεῖον πίστιν τηρεῖσθαι καὶ τοὺς νόμους φυλάττεσθαι σφόδρα ἐμέλησεν.

Ἡβήσας μέντοι ὁ βασιλεὺς καὶ γυναῖκας ἠγάγετο δύο. τοῦ δὲ ναοῦ καθαιρεθέντος ἔν τισι μέρεσι παρὰ Γοθολίας, ὁ Ἰωὰς

8 ἐπεφήμησε A. 12 ἀνελεῖν hoc loco A, post αὐτῆς PW. 14 ἀναιρῆσαι A, ἀναιρεῖσθαι PW. 18 ἐγκαθιστῶσιν A.

Ioae paternum restituerent. illi ea pactione iureiurando firmata sacerdotes Levitas et tribunos ad Iodaem convocant. ille Ioa monstrato "hic" inquit "rex vester est ex semine Davidico." populoque circum templum collocato Ioam in medio statuit, diademate cingit, unctionis oleo perfundit, regem declarat, populo laetis vocibus acclamante. Gotholia clamore audito trepidans regia erumpit sequente exercitu. templum ingressam sacerdotes admittunt, sed satellites eius multitudo aditu prohibuit. illa puerum coronatum conspicata, necem comminatur iis qui regnum suum invasissent. Iodaes autem centurionibus mandat ut Gotholiam foras protractam trucident. quo facto regem et populum iureiurando adigit ut deum venerentur et leges servent. statim igitur Baalis aedem demoliti sunt, eiusque simulacra comminuerunt, sacerdote interfecto. regemque septennem tum in regiam introducunt. Iodaes pontifex magnum habuit studium ut fides erga deum et patriae leges servarentur.

Rex cum adolevisset, duas uxores duxit. et partes templi quasdam a Gotholia dirutas instauraturus, Iodae arcessito mandat ut per

ἀνακαινίσαι αὐτὸν προτεθύμητο. καὶ τὸν ἱερέα καλέσας Ἰωδαέ,
ἐκέλευσε πέμψαι τοὺς αἰτήσοντας ἐκ πάσης τῆς χώρας εἰς τὴν
ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς ἀργυρίου ἡμίσικλον. D
Ἰωδαὲ δὲ φορτικὸν τοῦτο τῷ λαῷ συνεὶς λογισθήσεσθαι, ἑτέρως
μέτεισι τῶν χρημάτων τὸν ἔρανον. κιβώτιον γάρ τι κατασκευάσας
πάντοθεν κεκλεισμένον, τρῆμά τι πεποίηκεν ἄνωθεν ἐν αὐτῷ, καὶ
ἔθετο αὐτὸ παρὰ τὸν ναόν, καὶ ἠξίου ἐμβάλλειν διὰ τοῦ τρήματος
ὅσον ἑκάστῳ ἦν πρὸς βουλῆς εἰς ἀνακαινισμὸν τοῦ ναοῦ. ὅτι
γοῦν εἰς τὴν ἑκάστου προαίρεσιν ἀνεῖτο τὸ δοθησόμενον, ἀνε-
παχθῶς τε τὴν δόσιν πεποίηντο καὶ ἐφιλοτιμοῦντο περὶ τὴν τῶν
χρημάτων καταβολήν, ὥστε πολὺ χρυσίον ἀθροισθῆναι καὶ πλεῖ-
στον ἀργύριον, ἐξ ὧν ὅ τε ναὸς ἐπεσκευάσθη καὶ σκεύη πολλὰ W I 74 P I 105
πρὸς τὰς θυσίας εἰργάσθησαν, αἳ φιλότιμοι μέχρις ἐβίω Ἰωδαὲ
προσήγοντο τῷ θεῷ. ἐκείνου δὲ δικαίως καὶ κατὰ νόμον ζήσαν-
τος ἔτη ἑκατὸν πρὸς τριάκοντα καὶ οὕτω τὸν βίον ἐκλελοιπότος,
ἀμελῶς περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον διετέθη τιμὴν ὁ βασιλεὺς Ἰωάς,
καὶ οἱ φύλαρχοι καὶ οἱ ἄλλως ἐξάρχοντες τοῦ πλήθους συνδιε-
φθάρησαν, καὶ προφητῶν δὲ διαμαρτυρομένων αὐτοῖς περὶ τῆς
εἰς τὸν θεὸν ἀσεβείας, οἱ δ' οὐκ ἐπαύσαντο. Ζαχαρίου δὲ τοῦ
υἱοῦ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωδαὲ προφητεύοντος καὶ παραινοῦντος τὸν
βασιλέα καὶ τὸν λαὸν κατὰ νόμους ζῆν, ὁ Ἰωὰς χαλεπήνας κατα-
λευσθῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν. ἀναιρούμενος δὲ ὁ προφήτης δικά- B
σαι τὸν θεὸν ηὔξατο ἀνθ' ὅτου τῆς ζωῆς στερεῖται παρὰ τοῦ

1 ἀνακαινίσαι A, ἀνακαινίσθαι P, ἀνακαινέσαι W. 2 πέμψαι A, πέμψας PW. τὴν add A. 3 κεφαλῆς] φυλῆς A. 17 καὶ οἱ καὶ οἱ φ. A: Iosephus αὐτῷ καὶ οἱ. 19 τὸν om A. δ'] δὲ A.

totam provinciam dimitteret qui ad templum renovandum in singula capita sicli semissem exigerent. Iodaes vero, qui id populo fore grave intelligeret, aliam cogendae pecuniae rationem excogitat. cistulam undique clausam, quae superne foramen habebat, iuxta templum collocat, in quam quantum quisque vellet ad templi instaurationem coniiceret. quia igitur collatio illa cuiusque voluntati libera relinquebatur, nec gravatim contulere, et liberalitate inter sese certaverunt: itaque multum auri et plurimum argenti est collectum. unde et templum refectum, et vasa multa parata sunt ad sacrificia, quae, quoad vixit Iodaes, deo certatim offerebantur. illo autem anno trigesimo et centesimo aetatis iuste legitimeque actae defuncto, rex Ioas circa dei cultum factus est negligentior, una cum illo tribunis caeterisque magistratibus corruptis; neque ab impietate recesserunt, quamvis a prophetis admoniti. cum autem Zacharias propheta Iodaae filius regem et populum moneret ut ex legibus viverent, Ioas iratus eum lapidari iussit. qui cum occideretur, deum iudicem invocavit, quod ab eo vita privaretur qui patris

εὐεργετηθέντος ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ μέντοι καὶ ταχέως ἐδίκασεν· ὁ γὰρ τῶν Σύρων βασιλεὺς Ἀζαὴλ ἐπελθὼν ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλήμ. ὁ δὲ πάντας τοὺς θησαυροὺς τούς τε θείους καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἀφελόμενος καὶ ὅσα ἐν ἀναθήμασι, τῷ Ἀζαὴλ παρέσχετο· ὃς τῷ πλήθει τῶν χρημάτων ἡσθεὶς τῆς πολιορκίας ἀπέσχετο.

Τοῖς δὲ Ἰσραηλίταις ὁ Σύρος οὗτος ἐπιτιθέμενος ἐκάκου αὐτοὺς σφόδρα. Ἰηοὺ δὲ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεύς, παραβάτης τῶν θείων γεγονὼς ἐντολῶν, καὶ βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι καὶ ἑπτά, τέθνηκεν· (20) τῆς βασιλείας δὲ ἐπελάβετο Ἰωάχαζ
C ὁ υἱὸς αὐτοῦ. οὗ βασιλεύοντος ὁ τῶν Σύρων ἀρχηγὸς τὴν χώραν ἐκάκωσε, πόλεις τε πολλὰς αὐτοῦ κατασχὼν τὴν στρατιὰν αὐτοῦ μαχαίρας ἔργον πεποίηκεν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ἰωάχαζ τοῦ θεοῦ δεηθεὶς σωτηρίαν εὕρατο καὶ ἀνακωχὴν τῶν δεινῶν. ἑπτακαίδεκα δὲ βασιλεύσας ἔτη θνήσκει, διάδοχον τῆς βασιλείας ἐσχηκὼς Ἰωὰς τὸν υἱόν, ὁμωνυμοῦντα τῷ τῆς Ἰούδα φυλῆς βασιλεύοντι. οὐχ ὅμοιος δὲ τῷ πατρὶ ὁ Ἰωὰς οὗτος ἐγένετο, ἀγαθὸς δέ. ὃς καὶ τοῦ Ἐλισσαίου νοσήσαντός τε καὶ θνήσκοντος ἐθρήνει, πατέρα αὐτὸν καὶ ὅπλον καλῶν, ὡς δι' αὐτοῦ κρατῶν τῶν ἐχθρῶν. ὁ δὲ προφήτης παρεμυθεῖτο αὐτόν· καὶ τόξον ἐκέλευε λαβόντα βέλη
D βαλεῖν. τρισσάκις δὲ τοῦ βασιλέως τοξεύσαντος καὶ παυσαμένου, εἶπεν ὁ Ἐλισσαῖος "εἰ μὲν πλείω ἀφῆκας βέλη, ἐξέκοψας ἂν ῥιζόθεν τὴν τῶν Σύρων ἀρχήν· νῦν δ' ἰσαρίθμους τοῖς βέλεσι νίκας

5 ὃς — ἀπέσχετο om A. 13 ὁ om A. 21 τρισάκις A.

Fontes. *Cap.* 20. *Iosephi Ant.* 9 8 *et* 9. *Regum* 4 13 *et* 14. *Paralip.* 2 24 *et* 25.

sui beneficio viveret. neque diu dilatum est illud iudicium: nam Syriae rex Azahel Hierosolyma obsidione cinxit. ille omnes et divinos et regios thesauros templique donaria ei dedit: qui pecuniae magnitudine delectatus obsidionem solvit.

Idem Syrus Israelitas etiam graviter afflixit. nam et Iehus eorum rex divina praecepta violarat, anno regni septimo et vigesimo defunctus. (20) ei successit filius Ioachazus, quo regnante Syrus regioni cladem intulit, multis urbibus occupatis et eius exercitu caeso. Ioachazus vero precatus deum, salutem impetravit et mitigationem calamitatum, mortuus anno regni decimo septimo, filio Ioa relicto successore, Iudaicae tribus regi cognomine. hic patri dissimilis exstitit et vir bonus. nam Elisaeum ex morbo morientem luxit, patrem vocitans et praesidium, ut cuius ope victoria potiretur. at propheta eum consolatur: arcuque sumpto sagittas eiaculari iubet. qui cum ter eiaculatus desiisset, dixit propheta "si plures sagittas emisisses, Syrorum imperium fuisses fun-

νικήσεις αὐτούς, καὶ τὴν χώραν ἣν ἐκεῖνοι ἀφείλοντο ἐπανασώσεις σου τῇ ἀρχῇ." εἶτα ὁ προφήτης ἐξέλιπε καὶ ἔτυχε ταφῆς μεγαλοπρεποῦς. λῃσταὶ δέ τινα ἀνελόντες εἰς τὸν τάφον τοῦ προφήτου αὐτὸν ἔρριψαν· καὶ ἀνέζησεν ὁ ῥιφεὶς καὶ ἀνέστη. ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀζαὴλ ὁ βασιλεὺς Συρίας, ἐπὶ διαδόχῳ τῷ υἱῷ Ἄδερ· ᾧ συμβαλὼν Ἰωὰς ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεύς, καὶ τρισσάκις ἡττήσας, ἐπανεσώσατο τῷ Ἰσραὴλ τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις ἃς Ἀζαὴλ ἀφείλετο ὁ τοῦ Ἄδερ πατήρ.

Ἰωὰς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα ἐτῶν μὲν ὢν ἑπτὰ ὅτε ἀνερρήθη, P I 106 βασιλεύσας δὲ ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα, ἐτελεύτησεν, ἀναιρεθεὶς παρὰ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ. καὶ τὴν βασιλείαν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀμεσίας περιεζώσατο, εὐσεβὴς γεγονώς, ἐτῶν ὢν ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐπέβη πέντε καὶ εἴκοσι, ἠνυκὼς δὲ τὴν βασιλείαν ἐπ' ἐνιαυτοὺς ἐννέα καὶ εἴκοσι. καὶ τοὺς ἀνελόντας τὸν πατέρα αὐτοῦ κολάσας, τοὺς ἐκείνων παῖδας ἀθώους ἀφῆκε κατὰ τὸν νόμον λέγοντα "οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ υἱῶν, οὐδὲ μέντοι διὰ πατέρας υἱοί." ὃς καὶ κατὰ τῶν Ἰδουμαίων καὶ Ἀμαληκιτῶν στρατεύσας συμμάχους ἐκ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐμισθώσατο. προφήτης δέ τις καταλιπεῖν τοὺς συμμάχους αὐτῷ συνε- B βούλευε καὶ μετὰ μόνων τῶν οἰκείων διαθέσθαι τὸν πόλεμον. ᾧ πεισθεὶς ἀπέλυσε τοὺς Ἰσραηλίτας, καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῖς χαρισάμενος. συμβαλὼν οὖν τοῖς ἀλλοφύλοις ἐνίκησεν. οἱ δ' ἀπολυθέντες σύμμαχοι ὀργισθέντες τήν τε χώραν τῶν Ἰουδαίων

5 τῷ om A. 6 Ἄδερ] Iosepho Ἄδαδος. 7 τὴν — πόλεις] τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας A. 10 δὲ add A. 17 οὐδὲ] οὐ A. τῶν om A.

ditus eversurus; nunc victorias sagittis numero pares adepturus, et agros tuo regno ademptos recuperaturus." his dictis propheta exstinctus magnifice sepelitur. sed latrones cum quendam interfectum in prophetae sepulcrum coniecissent, revixit occisus et resurrexit. obiit et Azahel Syriae rex, Adere filio relicto successore: cum quo rex Israelitarum congressus, et ter victoria potitus, recuperavit Israelitarum provincias et urbes quas eis Azahel Aderis pater ademerat.

Ioas autem Iudaeorum rex declaratus septennis, anno imperii quadragesimo decessit, a famulis suis occisus. cuius filius, Amesias Hierosolymitano imperio potitus est, vir pius, anno aetatis vigesimo quinto, eoque functus novem et viginti. qui patris sui percussores supplicio affecit, eorum liberos indemnes dimisit, secundum legem cuius haec verba sunt "non morientur patres pro filiis neque etiam filii pro patribus." idem expeditione contra Idumaeos et Amalechitas suscepta socios ex Israelitis stipendio conduxit. sed cum prophetae cuiusdam monitu, Israelitis condonato stipendio dimissis, cum suis duntaxat popularibus administrato bello barbaros superasset, socii ob missionem irati

κατέδραμον καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον. Ἀμεσίας δὲ διὰ τὸ εὐτύχημα W I 75 φρονηματισθείς, καὶ ἀσεβήσας εἰς θεόν, διεπέμψατο πρὸς Ἰωὰς τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ, ἀπαιτῶν πρὸς αὐτὸν ἥξειν ὡς ὑποκεῖσθαί οἱ ὀφείλοντα, ἀπογόνῳ Δαβὶδ καὶ Σολομῶντος τυγχάνοντι. ὁ δὲ ἀνταπέστειλε μηνύων αὐτῷ ὡς "τὴν κέδρον ἡ ἄκνος ἠξίου κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ τοῖς οἰκείοις ποιήσασθαι. ἐν τοσούτῳ δὲ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ παρερχόμενα συνεπάτησαν τὴν ἄκνον, καὶ C ἀπώλετο. τοῦτό σοι ἀρκετὸν εἰς παράδειγμα· καὶ μὴ ὅτι εὐτύχησας, πατάξας τοὺς ἀλλοφύλους, μεγάλα φρόνει, μηδὲ τὸν λαόν σου καὶ ἑαυτὸν εἰς κινδύνους συνώθει." πρὸς ταῦτα ὀργισθεὶς Ἀμεσίας στρατεύει κατὰ τοῦ Ἰωάς. φόβος δ' ἐμπίπτει τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ, καὶ τρέπεται εἰς φυγήν· μονωθεὶς δὲ Ἀμεσίας συλλαμβάνεται παρὰ τῶν πολεμίων καὶ ἀπάγεται πρὸς τὸν Ἰωάς. ὁ δὲ δέσμιον ἄγων αὐτὸν ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ καθελὼν τοῦ τείχους μέρος, εἰσήλασε διὰ τοῦ καθαιρεθέντος εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος, καὶ ἀφείλετο τούς τε ἱεροὺς θησαυροὺς καὶ ὅσα ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπέκειτο. καὶ λύσας τὸν Ἀμεσίαν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σαμάρειαν. καὶ βασιλεύσας τὰ πάντα ἓξ καὶ δέκα ἔτη τε- D λευτᾷ. καὶ ἐβασίλευσεν Ἱεροβοὰμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Ἀμεσίας δὲ μετὰ ταῦτα ἐπιβουλευθεὶς ἀνῃρέθη, ζήσας τέσσαρας ἐνιαυτοὺς καὶ πεντήκοντα, βασιλεύσας δὲ εἴκοσι καὶ ἐννέα. ἐχρίσθη δὲ βασιλεὺς ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ὀζίας, ἐτῶν ὑπάρχων ἑξκαίδεκα.

3 τοῦ Ἰσραήλ add A. 5 ἄκνος] ἄκαν et ἄκανος LXX et Iosephus. 9 μέγα A. 13 τὸν om A. 17 ἀπῆλθεν A. 18 ἔτη ἑξκαίδεκα A.

et agros Iudaeorum incursarunt et multos occiderunt. Amesias porro successu elatus, religioneque violata, ad Ioam Israelitarum regem missitavit, postulans ut ad se veniret, cui deberet obedientiam, quippe a Davide et Salomone pregnato. ille respondet ad hunc modum. "rubus a cedro petebat ut ipsorum liberi affinitate iungerentur: sed interea rubus a feris conculcatus periit. hoc tibi pro exemplo sit satis, neque efferaris ob feliciter caesos barbaros, neque populum tuum ac teipsum in pericula conieceris." ob haec iratus Amesias Ioae bellum infert. sed exercitus eius metu consternatus in fugam vertitur: ipse a suis destitutus capitur ab hostibus et ad Ioam adducitur. quem ille vinctum ducens Hierosolyma venit, partem muri diruit, ea curru invehitur: sacros thesauros et quicquid in regia repositum erat aufert: solutoque Amesia Samariam reversus decimo sexto regni anno moritur, relicto successore filio Ieroboamo. Amesias autem post haec per insidias occiditur, anno aetatis quinquagesimo quarto, regni vigesimo nono. Ozias filius eius rex inungitur annos sexdecim natus.

21. Ἱεροβοὰμ δὲ ὁ υἱὸς Ἰωὰς ἀσεβὴς ἐγένετο καὶ παρά-
νομος. καὶ τοιοῦτος δὲ ὤν, τοῦ θεοῦ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν
ἐλεήσαντος ταπεινωθέντα, τοῖς Σύροις πολεμήσας ἐνίκησε, τοῦ
προφήτου Ἰωνᾶ τὴν νίκην αὐτῷ προαγορεύσαντος.
Τοῦτον τὸν προφήτην ἀπέστειλεν ὁ θεὸς εἰς Νινευὶ τὴν
πόλιν κηρύξοντα καταστροφὴν αὐτῆς καὶ τῶν Νινευιτῶν ἐξολό-
θρευσιν. ὁ δὲ οὐκ ἀπῄει, ἀλλ' ἀπεδίδρασκεν εἰς πλοῖον ἐμβάς.
κλύδωνος δὲ γεγονότος ἡ ναῦς ἐκινδύνευε. καὶ κλήρῳ τῶν P I 107
ἐμπλεόντων πειρωμένων γνῶναι τὸν αἴτιον, κληροῦται ὁ Ἰωνᾶς.
καὶ ὅστις εἴη ἀνακρινόμενος ἐκεῖνος τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγήσατο,
καὶ ἐμβαλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν προετρέπετο· "οὐ γὰρ ἂν
ἄλλως" ἔλεγε "τὸν κίνδυνον διαφύγοιτε." ὁ μὲν οὖν ἐρρίφη,
ὁ δὲ κλύδων ἐκόπασε. κῆτος δὲ τὸν προφήτην καταπιὸν μετὰ
τρεῖς ἡμέρας καὶ ἴσας νύκτας ζῶντα καὶ σῶον αὐτὸν ἐξήμεσεν.
ὁ δὲ συγγνώμην ᾔτει τὸν θεὸν διὰ τὴν παρακοήν, καὶ ἐπέμφθη
πάλιν κηρῦξαι ἃ προσετέτακτο. ὁ δὲ ἀπελθὼν μετὰ τρεῖς ἡμέρας
τὴν Νινευὶ καταστραφῆναι ἐκήρυξεν. ὁ δὲ τῆς πόλεως βασιλεὺς
καὶ ὁ λαὸς ἅπας τῷ προφήτῃ πιστεύσαντες ἀπέκλιναν εἰς μετά- B
νοιαν καὶ τὸν θεὸν ἱκέτευον ἐλεῆσαι αὐτούς. καὶ ὃς τῇ μετανοίᾳ
τοῦ πλήθους καμφθεὶς ἀπέστρεψε τὸν ὄλεθρον ἀπ' αὐτῶν.

Ἱεροβοὰμ δὲ τεσσαράκοντα πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσας ἐνιαυ-
τοὺς θνήσκει. καὶ μετ' αὐτὸν ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς Ἀζαρίας ὁ
παῖς αὐτοῦ.

4 αὐτῷ τὴν νίκην A. 6 τῶν] τὴν τῶν A. 7 ἀπίῃ A.

FONTES. Cap. 21. Iosephi Ant. 9 10 et 11. Regum 4 14 et 15. Ionae 1—3. Paralip. 2 26 et 27.

21. Ieroboamus autem Ioae filius, quamvis esset impius et legis contemptor, tamen deo Israelitici populi submisse se gerentis miserto victoriam contra Syros est adeptus, a Iona propheta praedictam.

Hunc prophetam deus Niniven misit, urbis excidium et populi interitum annuntiaturum. is vero non abiit, sed conscensa navi fugit. orta autem tempestate, vectoribus sortem iacientibus ad cognoscendam causam illius, sors in Ionam cecidit. qui rogatus quis esset, negotium suum exponit, seque in mare abiici iubet: neque enim aliter periculum evasuros. eo abiecto tempestas sedata est. sed cetus prophetam deglutit, eumque post tres dies et totidem noctes viventem et incolumem evomit. qui petita a deo contumaciae venia denuo mittitur cum eodem mandato. profectus igitur Niniven, post triduum urbem eversum iri praedicat. sed rex urbis et populus universus, fide prophetae adhibita, acta poenitentia deo supplicarunt ut sui misereretur: quibus precibus lenitus deus excidium ab eis avertit.

Ieroboamus autem cum annos unum et quadraginta regnasset, moritur; ac post eum potitur imperio Azarias filius eius.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ Ὀζίας εὐσεβὴς τὰ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὰ πρὸς τοὺς ὑπηκόους δίκαιος ἦν· διὸ καὶ πολλοὺς τῶν ἀλλοφύλων ἐνίκησε καὶ ὑποφόρους ἐποίησεν. εὐδαιμονήσας δὲ καὶ τυφωθεὶς ἐκπέπτωκε τοῦ καθήκοντος. καὶ ὡς ἱερεὺς στολισθεὶς ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ βωμοῦ θυμιάσαι τῷ θεῷ ἐπεχείρησεν·
C κωλυόντων δ' αὐτὸν τοῦ ἀρχιερέως Ἀζαρίου καὶ τῶν ἱερέων καὶ μὴ παρανομεῖν παραινούντων, θάνατον αὐτοῖς ἠπείλησεν εἰ μὴ ἡσυχάσαιεν. ἐν τούτῳ φῶς οἷον ἐπιλάμψαν ἐν τῷ ναῷ καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ὄψει προσβαλόν, λέπραν ἐποίησε κατ' αὐτῆς ἐξανθῆσαι. οἱ δ' ἱερεῖς τὴν συμφορὰν ἐδήλουν τῷ βασιλεῖ καὶ ἐξιέναι τῆς πόλεως συνεβούλευον. καὶ οὕτως ζήσας χρόνον τινά, ὑπ' ἀθυμίας ἀπέθανε, βασιλεύσας ἔτη δύο τε καὶ πεντήκοντα, ζήσας δὲ τὰ πάντα ἑξήκοντα πρὸς ὀκτώ, τὴν ἀρχὴν παραδοὺς τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάθαμ.

Ἀζαρίας δὲ ὁ τοῦ Ἱεροβοὰμ ἐπὶ ἓξ βασιλεύσας μῆνας τῶν
W I 76 Ἰσραηλιτῶν ἀπέθανεν δολοφονηθεὶς ὑπὸ Σελούμ, ἀσεβῶς βιούς.
D ἀνῃρέθη δὲ Σελοὺμ ἐφ' ἡμέρας βασιλεύσας τριάκοντα παρὰ Μαναΐμ, βασιλεύσαντος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἀντ' αὐτοῦ. ἀραμένου δὲ πόλεμον πρὸς αὐτὸν Φουὰ τοῦ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως, χίλια δοὺς αὐτῷ τάλαντα ἀργυρίου, ἃ ἐκ τοῦ λαοῦ ἠρανίσατο, τὸν πόλεμον διελύσατο. ἐπὶ ἔτη δὲ βασιλεύσας δέκα ὁ Μαναΐμ, ἀσεβής τε καὶ ἀπηνὴς γεγονώς, τέθνηκε, τὴν βασιλείαν διαβι-

1 τὸν om A. 8 τούτοις A. 12 τε om A. 16 ἀσεβῶς βιούς ante δολοφονηθεὶς A. 17 σελοὺμ δὲ ἐφ' ἡμέρας βασιλεύσας τριάκοντα ἀνῃρέθη A. 22 τέθνηκε A, ἀνῃρέθη PW male.

Ozias autem rex Hierosolymorum, quia pius erga deum et iustus erga subditos erat, multos barbarorum vicit ac tributarios reddidit. sed rebus secundis elatus ab officio decessit: nam ritu sacerdotis ornatus in aureo altari suffire aggressus est. a qua audacia pontifici Azariae et sacerdotibus deterrentibus, ac monentibus ne legem violaret, mortem comminatus est nisi quiescerent. interea quiddam luminis instar in aede effulsit et in regis faciem illapsum effecit ut in ea lepra effloresceret. eam calamitatem indicant sacerdotes, suadentes ut urbe exiret. in quo statu cum aliquamdiu vixisset, prae moerore obiit, anno regni quinquagesimo secundo, aetatis sexagesimo octavo, tradito imperio Ioathamo filio.

Azarias autem Ieroboami filius sexto regni mense, vita impie acta, dolo occisus est a Selumo. quem et ipsum Manaimus, cum triginta diebus imperasset, occidit regno Israelitico occupato; et Phuam Assyriorum regem bellum inferentem, datis mile talentis quae a populo collegerat, placavit; et cum annos decem impie crudeliterque imperasset, mortuus

βύσας εἰς τὸν υἱὸν Φακεσίαν. ἀσεβὴς δὲ καὶ οὗτος καὶ ὠμὸς γεγονὼς ἀνῃρέθη δολοφονηθεὶς παρὰ Φακεὲ τοῦ υἱοῦ Ῥομελίου, βασιλεύσαντος ἀντὶ τοῦ ἀναιρεθέντος, ἀσεβῶς καὶ αὐτοῦ καὶ παρανόμως ἀνύσαντος τὴν ἀρχήν. ὅτε καὶ Θαιγλαφαλασὰρ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς τῇ χώρᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐπελθὼν πόλεις P I 108 τε πολλὰς κατεστρέψατο καὶ αἰχμαλωσίαν ἀπήγαγεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν οὐκ εὐαρίθμητον. ὁ δὲ τοῦ Ὀζίου υἱὸς Ἰωάθαμ βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ εὐσεβὴς τυγχάνων καὶ δίκαιος, τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ ἐπεμέλετο καὶ τοὺς Ἀμμανίτας ὑποφόρους ἔθετο, μάχῃ νικήσας αὐτούς. Ναοὺμ δὲ τότε προφητεύων περὶ τῆς τῶν Ἀσσυρίων προεῖπε καταστροφῆς· καὶ ἡ πρόρρησις ἐκείνου ἔργον ἐγένετο ἑκατὸν καὶ πεντεκαίδεκα παρελθόντων ἐνιαυτῶν. τῷ δὲ Ἰωάθαμ ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον ζήσαντι μὲν ἔτη πρὸς ἑνὶ τεσσαράκοντα, δέκα δ' ἐπὶ ἓξ βασιλεύσαντι.

22. Μετέπεσε δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀρχὴ εἰς Ἄχαζ τὸν B ἐκείνου υἱόν, ἀσεβήσαντα πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ νόμους παραβάντα· εἰδώλοις γὰρ προσεκύνει καὶ βωμὸν αὐτοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνέστησε καὶ παῖδα οἰκεῖον αὐτοῖς ὡλοκαύτωσε. καθ' οὗ Ῥαασὼν ὁ τῶν Σύρων ἡγεμονεύων καὶ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς Φακεὲ συμπνεύσαντες ἐπολιόρκουν αὐτὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ μακρόν. καὶ ὁ μὲν Ῥαασών, πόλεων ἑτέρων κρατήσας, τοὺς αὐτῶν οἰκήτορας ἀνελὼν καὶ Σύρους ἐγκατοικίσας αὐταῖς ἐπανῆλ-

4 θαιγλαφαλασὰρ A, Θαιγλαφαρασὰρ PW. 15 δὲ om A. 16 τὸν om A. 19 post οὗ PW add ὁ, om A.

Fontes. *Cap.* 22. *Iosephi Ant.* 9 12—14. *Regum* 4 16 *et* 17. *Paralip.* 2 28—30.

est, regno in filium Phacesiam translato. qui patris ingenium et mores referens, a Phacea Romeliae filio occiditur. qui cum interfecto successisset, atque imperium impie ac nefarie administraret, Thaeglaphalasar Assyriorum rex Israeliticam regionem aggressus cum multas urbes evertit, tum captivos secum abduxit paene innumerabiles. Ioathamus autem Hierosolymorum rex, vir pius et iustus, et urbis et templi curam gessit, et Ammanitas praelio victor tributarios reddidit. excidium Israelitarum ab Assyriis Nahumus propheta praedixerat, cuius verba ad rem collata sunt post annos centum et quindecim. Ioathamus obiit anno aetatis quadragesimo primo, regni decimo sexto.

22. Hierosolymitanus principatus in filium eius Achazum translatus est. qui impius in deum, legibus eius violatis simulacra adoravit et altaria eis struxit et filium suum adolevit. hunc Raasen Syriae dux et Phaceas rex Israelitarum inita conspiratione diu Hierosolymis obsederunt. ac Raason quidem aliis urbibus potitus, civibus abductis et

θεν εἰς Δαμασκόν· Ἄχαζ δέ, μόνου περιλειφθέντος τοῦ Φακεέ, συμμίξας αὐτῷ ἥττητο, δώδεκα μυριάδας ἀποβαλὼν τοῦ λαοῦ καὶ πολλοὺς τῶν ἐπισήμων καὶ τὸν υἱόν. Φακεὲ δὲ ἀνέζευξεν εἰς C Σαμάρειαν αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ αὐτοῦ, αἰχμαλώτων πλῆθος πολὺ εἰς τὴν ἑαυτῶν μετοικίσαντες. προφήτης δέ τις ἐν Σαμαρείᾳ πρὸ τῶν τειχῶν ὑπαντήσας αὐτοῖς ἐμέμφετο ὡς συγγενεῖς αἰχμαλωτίσασι καὶ συνεβούλευεν ἐλευθερῶσαι αὐτούς· οἱ δὲ πεισθέντες ἀφῆκαν τοὺς αἰχμαλώτους. Ἄχαζ δὲ τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα ἠξίου συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ τῶν Σύρων καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν. ὁ δ᾽ ἧκε καὶ τήν τε χώραν τῶν Σύρων ἐπόρθησε καὶ τὴν Δαμασκὸν εἷλε καὶ τὸν Ῥαασὼν ἀνεῖλε καὶ τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν χώραν καταδραμὼν πλείστους αἰχμαλώτους ἀπήγαγεν. ὁ δὲ Ἄχαζ ἀμοιβὴν ὑπὲρ τούτων τῷ Θαιγλαφαλασὰρ τούς τε βασιλικοὺς δέδωκε θησαυροὺς καὶ ὅσα τῷ ἱερῷ ἐναπέκειντο. ἐς τοσοῦτον δ᾽ ἠσέβησεν ὡς μὴ μόνον τοὺς τῶν ἀλλοφύλων σέβειν θεούς, ἀλλὰ καὶ D τὸν ναὸν ἀποκλεῖσαι καὶ συλῆσαι τὰ αὐτοῦ ἀναθήματα. οὕτω δὲ βιοὺς ἐτελεύτησεν ἓξ καὶ τριάκοντα ζήσας ἔτη, βασιλεύσας δ᾽ ἑξκαίδεκα, Ἐζεκίᾳ τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν λιπών. συνέβη δὲ καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλέα τότε θανεῖν κατ᾽ ἐπιβουλὴν Ὠσηέ. καὶ οὗτος δὲ πονηρὸς ἦν· διὸ καὶ στρατεύσαντος κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως Σαλμανασὰρ ἐδουλώθη αὐτῷ, φόρους τελεῖν ἐτησίως ἐπιταχθείς.

6 ἐμέμφετο add A. 8 τὸν A, τῶν PW. 10 δαμασκῶν A. 13 θαιγλαφαλασσὰρ A. 14 εἰς A. 20 δὲ add A. 21 σαλαμανασὰρ A.

Syris in eas collocatis, Damascum rediit: Achazus autem cum solo Phacea congressus vincitur, centum viginti milibus amissis, atque inter eos multis viris illustribus et filio. Phaceas exercitum reducit et magnum captivorum numerum. sed propheta quidam Samaritanus ante moenia progressus eis persuadet ut captivos, quod cognati sint, missos faciant. Assyriorum autem rex ab Achazo contra Syros et Israelitas in auxilium evocatus Syriam vastat, Damascum capit, Raasonem interficit, et in Israelitarum regionem incursionibus factis plurimos captivos abducit. quem Achazus remuneratus est datis thesauris regiis et quicquid in templo repositum erat, eo progressus impietatis ut non tantum alienos deos coleret sed et templum clauderet et donariis spoliaret. obiit vita sic acta anno aetatis trigesimo sexto, regni decimo sexto, relicto regno Ezechiae filio. quo tempore Israelitarum quoque rex insidiis Oseae periit. qui cum et ipse improbus esset, a Salmanasare Assyriorum rege subactus et annua tributa pensitare coactus fuerat.

veluti maculam quandam impressit. deinde cum Poro, et ipso Indiae rege, pugnavit, qui staturae erat quattuor cubitorum et spithamae. quem cum victum captumque rogasset quomodo tractandus esset, "regaliter" inquit. percontante Alexandro numquid aliud vellet, respondit in regali tractatione inesse omnia. eum igitur dimissum satrapem appellavit non earum duntaxat provinciarum quibus prius imperarat, sed et aliarum multarum. in ea pugna Bucephalas etiam vulneratus, paulo post iam admodum senex obiit: cuius obitum Alexander non secus doluit ac si amicum amisisset.

Cum Macedones pugna cum Poro commissa fatigati Alexandro Gangem etiam, cuius latitudo stadiorum 32, profunditas 100 orgyarum erat, vi transituro non parerent, animo aeger in tabernaculo desidens non prodiit in publicum, perinde esse indicans, si Gangem non transisset, ac si victum se confiteretur. sed amicis obtestantibus et militibus cum ploratu supplicantibus tandem cessit, exercituque reducto multa navigia et rates fabricavit quibus flumina traiiceret, exterius quoque mare inspecturus, et praeternavigando urbes subegit. cum autem ad Mallos

μωτάτοις οὖσιν Ἰνδῶν, μικροῦ ἐκινδύνευσε. πρῶτος γὰρ διὰ κλίμακος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβάς, τῆς κλίμακος συντριβείσης καὶ τῶν πολεμίων ἐπιτιθεμένων καὶ βαλλόντων αὐτόν, συστρέψας ἑαυτὸν εἰς μέσους ἄνωθεν ἀφῆκε τοὺς ἐναντίους· καὶ κατὰ τύχην ὀρθὸς ἔστη. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ βάρβαροι ἐσκεδάσθησαν, ἰδόντες δὲ αὐτὸν καὶ δύο μόνους ὑπασπιστάς, ἐπαναστραφέντες D ἠμύνοντο καὶ ἀγχεμάχοις ὅπλοις ἐτίτρωσκον. εἷς δ' ἀποστὰς βέλει ἐκ τόξου βαλὼν αὐτὸν τοῖς περὶ τὸν μαζὸν ὀστέοις τὸ βέλος ἐνέπειρε, καὶ οὕτως αὐτοῦ καθίκετο ἡ πληγή, ὡς ἐνδοῦναί τε καὶ καμφθῆναι· ὅθεν ὁ βαλὼν αὐτὸν μετὰ ξίφους ἐπέδραμε. Πευκέστας δὲ καὶ Λημναῖος ὑπερασπίσαντες καὶ ἄμφω ἐτρώθησαν· καὶ ὁ μὲν τέθνηκε, Πευκέστας δὲ ἔτι ἠμύνετο, τὸν δὲ τρώσαντα αὐτὸν βάρβαρον ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος. πολλαχοῦ δὲ τρωθείς, εἶτα καὶ κατὰ τοῦ τένοντος ὑπέρῳ βληθείς, τῷ τείχει P I 194 προσερεισθεὶς πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀπέβλεπεν. ἐν τοσούτῳ δ' ἀθροισθέντων τῶν Μακεδόνων ἁρπασθεὶς εἰς τὴν σκηνὴν ἀναισθητῶν ἐκομίζετο. ἐνὶ δὲ τῶν ὀστέων τῆς ἀκίδος ἐμπαγείσης τοῦ οἰστοῦ ἑλκομένου ὀδύναι δριμεῖαι καὶ λειποθυμίαι ἐγίνοντο, ὡς καὶ θανεῖν ἐκεῖνον ἐλπίζεσθαι. ὅμως μέντοι τὸν κίνδυνον διαδρὰς καὶ χρόνον πλείω θεραπευόμενος εἰς θόρυβον τοὺς Μακεδόνας ἐνέβαλε ποθοῦντας ἰδεῖν αὐτόν· καὶ προῆλθεν.

1 γὰρ] μὲν γὰρ A. 6 δύω PW. 7 post καὶ add τοῖς A al. m. 11 Λιμναῖος Plutarchus. 21 προῆλθεν A, προσῆλθεν P, προοῆλθεν W.

pervenisset Indorum pugnacissimos, parum ab interitu abfuit. nam cum primus per scalas murum conscendisset, iisque comminutis ab hostibus peteretur, impetu in medios hostes desiliit, et casu rectus stetit. ac primum quidem barbari dispersi sunt; sed eum solum esse cum duobus duntaxat armigeris conspicati, ad defensionem conversi cominus eum feriebant. quidam vero longius absistens sagittam ex arcu emissam in ossibus circa mammam defixit: quae plaga sic eum perculit ut cederet atque inclinaretur. quo facto is qui eum icerat stricto gladio accurrit. Peucestas et Lemnaeus regem defendentes ambo sunt vulnerati, alter etiam mortuus. Alexander autem, propugnante adhuc Peucesta, barbarum a quo vulneratus erat occidit; multisque vulneribus acceptis, cum in collo etiam tragula ictus esset, ad murum inclinatus barbaros intuetur. interim a Macedonibus conglobatis raptus sensuque destitutus exportatur. cum autem acies sagittae ossi inhaereret, in extrahendo telo acerrimis doloribus affectus in animi deliquia incidit, ut de vita eius actum putaretur. tamen periculo evitato, cum longiore tempore curaretur, Macedonibus eius videndi desiderio tumultuantibus in medium processit.

14. Ἀναρρωσθεὶς δὲ αὖθις παρεκομίζετο χώραν τε πολλὴν καὶ πόλεις χειρούμενος. τῶν δὲ γυμνοσοφιστῶν τινας συλ-
B λαβὼν καὶ ἐρωτήσεις αὐτοῖς ἀπόρους προθέμενος ἐδωρήσατο καὶ ἀφῆκεν. ἕνα δὲ τῶν ἐν δόξῃ παρ' αὐτοῖς ὄντων Κάλανον κεκλημένον ἔπεισεν ὁ Ταξίλης πρὸς Ἀλέξανδρον ἀφικέσθαι. οὗτος βύρσαν ξηρὰν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως καταβαλὼν περιῄει τὰ ἄκρα ταύτης πατῶν. ἡ δὲ ἐν μέρει τῶν ἄκρων πιεζομένη τῇ συμπατήσει, τοῖς ἄλλοις ᾔρετο μέρεσιν. εἶτα μέσον αὐτὴν πατήσαντος καὶ συσχόντος ἡ ὅλη βύρσα ἠτρέμει καὶ ἀκίνητος ἦν. παρῄνει δὲ διὰ τοῦ ὑποδείγματος τὸν Ἀλέξανδρον μὴ τοῖς ἄκροις τῆς ἀρχῆς ἐμφιλοχωρεῖν, τὰ μέσα δὲ κατέχειν, ἵν' οὕτω καὶ τὰ πέριξ ἠρέμα ᾖ.

C Ἑπτὰ δὲ μησὶ διὰ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν θάλασσαν ὑπαχθεὶς λέγεται ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐμβαλεῖν. εἶτα ἀναστρέφων τὰς μὲν ναῦς παραπλεῖν ἐν δεξιᾷ τὴν Ἰνδικὴν ἐχούσας ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ πεζῇ πορευόμενος εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν κατήντησε καὶ πλῆθος τοσοῦτον ἀπώλεσεν ὥστε τῆς στρατιᾶς μηδὲ τὸ τέταρτον ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀνακομισθῆναι διὰ νόσους καὶ πονηρὰς διαίτας καὶ καύματα καὶ λιμόν. ἄπορον γὰρ διῄει χώραν, ὀλίγα πρόβατα ἔχουσαν, καὶ ταῦτα θαλαττίοις ἰχθύσι τρεφόμενα καὶ
W I 139 D σάρκα μοχθηρὰν ἔχοντα καὶ δυσώδη. ἐν ἑξήκοντα δ' ἡμέραις

1 post δὲ A add καί. 4 melius Καλανόν. 13 τὴν om A. 18 Ἰνδικῆς] μηδικῆς A. 19 ἄσπορον Plutarchus.

Fontes. *Cap. 14. Plutarchi Alexander* 63—77. *λέγεται δὲ p.* 353 *v.* 3 *sq. fortasse ex Arriano* 7 27.

14. Confirmata valetudine ulterius pergendo multas provincias et urbes subegit. cumque quosdam gymnosophistas cepisset, eisque multas difficiles quaestiones proposuisset, muneribus datis homines dimisit. Taxiles vero uni inter illos celebri Calano persuasit ut Alexandrum conveniret. is corium aridum proiecit et eius extrema per vices calcavit: quod cum fieret, aliae partes attollebantur. cum autem medium calcasset ac compressisset, totum corium quietum mansit et immobile. quo exemplo monebat Alexandrum ne in regni extremitatibus se contineret sed media occuparet, ut et circumiacentia loca in officio continerentur.

Septem mensibus per flumina in mare devectus fertur navibus oceanum ingressus esse. unde reversus, navibus dextram Indicae regionis oram legere iussis, ipse pedestri itinere proficiscens in extremam inopiam incidit, tantamque multitudinem amisit ut non quarta exercitus pars ob morbos, malum victum, aestum et famem ex India reverteretur. inopem enim provinciam pertransibat, quae paucas oves habebat marinis piscibus ali solitas, insuavi et foetenti carne. caeterum ea diebus

διελθὼν τὴν χώραν ἐκείνην καὶ τῆς Γεδρωσίας ἀψάμενος ἐν ἀφθόνοις ἐγένετο, καὶ τήν τε δύναμιν ἀνεκτᾶτο καὶ αὐτὸς ἐκώμαζε. καταβαίνων δ' ἐπὶ θάλασσαν ἐκόλαζε τοὺς πονηροὺς τῶν στρατηγῶν. ἡ γὰρ ἄνω στρατεία καὶ τὸ περὶ Μαλλοὺς τραῦμα καὶ ἡ τοῦ πλήθους φθορὰ ἀπιστεῖν τῇ σωτηρίᾳ αὐτοῦ παρεσκεύασε, καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ σατράπας εἰς ὕβριν καὶ ἀδικίαν ἠρέθισεν· οἱ δὲ πρὸς ἀποστασίαν τοὺς ὑποφόρους ἐκίνησαν. Ἀβουλίτου δὲ τῶν σατραπευόντων ἑνὸς μή τι τῶν ζωαρκῶν ἑτοιμάσαντος, νομίσματος δὲ προσαγαγόντος αὐτῷ τρισχίλια τάλαντα, P I 195
παραθεῖναι ταῦτα τοῖς ἵπποις ἐκέλευσε, μὴ ἐσθιόντων δὲ "τί ὄφελος" ἔφη "τούτων ἡμῖν;" ἐν δὲ Πέρσαις γενόμενος καὶ τὸν Κύρου τάφον ὀρωρυγμένον ἰδών, ἀπέκτεινε τὸν ὀρύξαντα Πελλαῖον ὄντα καὶ οὐδὲ τῶν ἀσήμων. εἶχε δὲ ὁ Κύρου τάφος ἐπιγεγραμμένα ταυτί "ὦ ἄνθρωπε ὅστις εἶ καὶ πόθεν ἥκεις, ὅτι γὰρ ἥξεις οἶδα, ἐγὼ Κῦρός εἰμι ὁ Πέρσαις κτησάμενος τὴν ἀρχήν. μὴ οὖν τῆς ὀλίγης μοι ταύτης γῆς φθονήσῃς ἣ τοὐμὸν σῶμα περικαλύπτει." ταῦτα δ' ἀναγνωσθέντα τὸν Ἀλέξανδρον περιπαθῆ πεποιήκασι λογισάμενον τὸ τῶν πραγμάτων ἀστάθμητον. B

Τὴν δὲ Δαρείου θυγατέρα τὴν Στάτειραν ἑαυτῷ μνηστευσάμενος καὶ τοὺς γάμους τελῶν ἑκάστῳ τῶν ἑστιωμένων ἐνακι-

1 τῆς γε δροσίας A. 4 τραῦμα] hinc probatur Reiskii coniectura apud Plutarchum, ubi vulgo στράτευμα: Schaeferus de suo στράγγευμα. 7 οἱ] αἱ A. 8 ἀβουλήτου A. 9 νομίσματος AW, νομίσματα P. 13 ὁ τάφος κύρου ἐπίγραμμα ταυτὶ A. 14 πόθεν etiam Plutarchus vulgo, sed ὅθεν e libro ms. dedit Coraës. 16 μοι addendum Plutarcho. ταύτης A, ταύτης τῆς PW. 19 δαρείου θυγατέρα A Plutarchus, θυγατέρα Δαρείου PW.

sexaginta superata cum Gedrosiam copiosam regionem attigisset, et exercitum et semetipsum comissationibus refecit. deinde ad mare descendit et improbos duces multavit. nam superior expeditio et ad Mallos acceptum vulnus et multitudinis interitus efficiebant ut Alexander superstes esse non crederetur: unde ducibus et satrapis insolentioribus factis et iniustis, populi vectigales ad defectionem spectaverunt. cum ex satrapis quidam Abulitus nullum commeatum parasset, sed ter mile talenta attulisset, ea equis proponi iussit: qui cum non ederent, "quae" inquit "nobis est istorum utilitas?" in Persiam profectus cum Cyri sepulcrum effossum vidisset, effossorem, quamvis non obscurum hominem Pellaeum, occidit. erant autem haec inscripta sepulcro Cyri "o homo quisquis es et undecunque venis (nam te venturum esse scio), ego Cyrus sum qui Persis imperium peperi. ne igitur exiguam hanc terram mihi invideas quae meum corpus contegit." quae lecta Alexandrum moverunt, rerum humanarum inconstantiam reputantem.

Darii filiam Statiram cum uxorem duceret nuptiasque celebraret, singulis convivis, qui novies mile fuerunt, phialam auream donavit;

σχιλίων ὄντων φιάλην χρυσῆν ἐδωρήσατο, καὶ τἆλλά τε ἐλαμπρύνατο καὶ τὰ χρέα ὑπὲρ τῶν ὀφειλόντων κατέβαλεν, ὀλίγῳ δέοντα μυρίων ταλάντων. ὅτε καὶ Ἀντιγένης τῶν ἡγεμόνων εἰς ὀφείλειν πλασάμενος καί τινα παραγαγὼν ψευδῶς δανειστὴν καὶ λαβὼν τὸ ἀργύριον ἐφωράθη. ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ἀπήλασεν αὐτὸν τῆς αὐλῆς καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀφείλετο. τοῦ δὲ ὑπὸ λύπης ἑαυτὸν ὑποπτευομένου διαχειρίσεσθαι, δείσας ὁ Ἀλέξανδρος καὶ
C τὴν ὀργὴν ἀνῆκεν αὐτῷ καὶ ἀφῆκε τὰ χρήματα.

Τῶν δὲ παίδων τῶν τρισμυρίων, οὓς διδάσκεσθαι ἐκέλευσε, καὶ γενναίων ἀποβάντων καὶ εὐπρεπῶν καὶ οὐκ ἀφυῶν ταῖς ἀσκήσεσιν, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἥδετο, οἱ δὲ Μακεδόνες ἐδάκνοντο. καταπέμποντος δὲ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ πεπηρωμένους ὡς εἰς θάλασσαν, ὕβριν ἡγεῖσθαι τοῦτ᾽ ἔλεγον καὶ προπηλακισμόν, καὶ πάντας ἐκέλευον ἀφιέναι καὶ τοῖς νέοις ἀρκεῖσθαι πυρριχισταῖς. ὀργισθεὶς δ᾽ ἐπὶ τούτοις Ἀλέξανδρος τοῖς Πέρσαις τὰς φυλακὰς παραδέδωκε. ταπεινωθέντας δ᾽ αὖθις τοὺς Μακεδόνας προσή-
D κατο, καὶ ἀπέλυσε τοὺς ἀχρήστους δωρησάμενος μεγαλοπρεπῶς, καὶ τῷ Ἀντιπάτρῳ ἐπέστειλε παρὰ τοὺς ἀγῶνάς τε καὶ τὰ θέατρα προεδρεύειν αὐτοὺς καὶ ἐστεφανωμένους καθέζεσθαι.

Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ γενομένου αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων ἐπύρεττε καὶ ἐξ ἀκολάστου διαίτης τῆς νόσου κρατυνθείσης ἐξέλιπεν. οὐκ ἤνεγκεν οὖν λογισμῷ τὸ πάθος Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τὸν μὲν ἰατρὸν

7 διαχειρίσασθαι PW: Plutarchus διαχρησόμενος. 11 ὁ μὲν — 12 ἀσθενεῖς om A. 12 ὡς om A. 20 ὁ om A.

et cum caeteris in rebus splendide se gessit, tum aes alienum pro debitoribus dissolvit, cuius summa circiter decies mile talentum fuit. tum Antigenes quidam ex ducibus, creditore subornato et ob aeris alieni simulationem accepta pecunia, a rege per iracundiam et ducatu privatus est et aula exactus. qui cum ex maestitia sibi manus illaturus esse putaretur, id veritus Alexander ira posita pecuniam ei reliquit.

Cum autem pueri tricies mile, quos doceri iusserat, in viros fortes et decoros et in exercitationibus non sinistros evasissent, iis ut Alexander delectabatur, ita Macedones mordebantur. cumque infirmos et mutilatos ad mare mitteret, contumeliam et insectationem id factum interpretabantur, petebantque ut se omnes dimitteret, novis istis saltatoribus contentus. ob id iratus Alexander Persis custodias mandavit; sed Macedonibus culpam deprecantibus in gratiam receptis inutiles magnifice donatos dimisit, atque Antipatro scripsit ut eis in certaminibus et theatris principem locum et coronas gestandi potestatem daret.

Ut Ecbatana venerat, Hephaestion febricitare coepit, auctoque intemperantia morbo decessit. eum casum Alexander non ut ratio postu-

ἀνεσταύρωσεν, ἵππους δὲ κεῖραι καὶ ἡμιόνους προσέταξε, καὶ τὰς ἐπάλξεις περιεῖλε τῶν πόλεων, καὶ μουσικὴν καὶ αὐλοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολὺν χρόνον κατέπαυσεν. ἀπιόντος δὲ εἰς Βαβυλῶνα Νέαρχος ἐπανῆλθεν, εἰσπλεύσας αὖθις εἰς τὸν Εὐφράτην P I 196 ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης, λέγων Χαλδαίους αὐτῷ συγγενέσθαι βουλεύοντας ἀπέχεσθαι τῆς Βαβυλῶνος Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ μὴ προσσχὼν τῷ λόγῳ ἀπῄει. καὶ πρὸς τοῖς τείχεσι γενομένου κόρακες ἀλλήλοις μαχόμενοι ἐνώπιον αὐτοῦ ἔπεσον. ἠγγέλη δ' αὐτῷ ὡς Ἀπολλόδωρος ὁ στρατηγὸς Βαβυλῶνος εἴη περὶ αὐτοῦ θύσας· τοῦ δὲ θύσαντος μάντεως, ὃς Πυθαγόρας ὠνόμαστο, μὴ ἀρνησαμένου, ἠρώτησε τὸν τρόπον τοῦ θύματος. τοῦ δὲ φήσαντος ἄλοβον εἶναι τὸ ἧπαρ, "παπαι" εἶπεν, "ἰσχυρὸν τὸ σημεῖον," καὶ τὸν μάντιν ἀθῷον ἀφῆκε. σημεῖα δ' αὐτῷ καὶ ἄλλα γεγό- B W I 140 νασι καὶ τοῦτο δέ. ἀποδυσαμένου γὰρ πρὸς ἄλειμμα καὶ σφαῖραν αὐτοῦ, οἱ νεανίσκοι οἱ σφαιρίζοντες ἐνδύεσθαι μέλλοντες ὁρῶσί τινα ἐν τῷ τοῦ βασιλέως θρόνῳ καθήμενον σιωπῇ, ἐνδεδυμένον τὴν στολὴν τὴν βασίλειον καὶ τὸ διάδημα περικείμενον. ὃς ἀνακρινόμενος ὅστις εἴη, ἐπὶ πολὺ μὲν ἄφωνος ἦν, μόλις δέ ποτε Διονύσιος ἔφη καλεῖσθαι, τὸ δὲ γένος εἶναι Μεσσήνιος, δέσμιος δ' ἀχθῆναι διὰ κατηγορίαν, λῦσαι δὲ οἱ τὸν Σάραπιν τὰ C δεσμά, καὶ ἀγαγόντα δεῦρο κελεῦσαι τὴν στολὴν καὶ τὸ διάδημα

1 προσέταξε] ἐκέλευσε A. 7 προσχὼν PW, πρὸς A. 15 ἐνδύσεσθαι A, ἐκδύεσθαι PW: Plutarchus πάλιν λαβεῖν τὰ ἱμάτια.

lat tulit, sed medicum in crucem egit, equos et mulos tonderi iussit et pinnacula dempsit civitatibus et musicam atque tibias longo tempore in castris inhibuit. Babylonem proficiscenti Nearchus occurrit, navigiis e magno mari in Euphratem revectus; qui nuntiabat se congressum esse cum Chaldaeis, qui Alexandro vitandam esse Babylonem censerent. verum ille neglecta ea admonitione pergebat. cum autem moenibus propinquasset, corvi inter se dimicantes coram eo conciderunt. nuntiatum ei porro est Apollodorum praetorem Babylonis pro eo rem divinam fecisse. quod cum Pythagoras haruspex, qui id sacrum fecerat, non negaret, et de modo sacrificii rogatus iecur sine capite fuisse dixisset, "papae" inquit, "ut grave istud prodigium est," haruspicemque indemnem dimisit. inter alia prodigia etiam illud fuit. cum vestes deposuisset ut ungeretur et pila luderet, adolescentes collusores eius, dum vestes resumere volunt, vident quendam in regio solio tacite sedentem, regia veste indutum et diademate ornatum. qui cum rogaretur quis esset, diu nulla voce edita vix tandem respondit se Dionysium vocari, genere Messenium, et captivum adductum esse propter obiecta crimina; sed Serapidem sibi vincula solvisse et huc perductum iussisse veste et

περιθέσθαι καὶ καθέζεσθαι σιωπῇ. τὸν μὲν οὖν ἄνθρωπον ὁ Ἀλέξανδρος, ὡς οἱ μάντεις ὑπετίθουν, ἠφάνισεν, αὐτὸς δὲ ἠθύμει καὶ περιδεὴς καὶ ταραχώδης γενόμενος οὐδὲν ἦν ὃ μὴ τέρας πεποίητο. λουσάμενος δέ, καὶ πρὸς Μηδίαν πορευθεὶς κωμασόμενος, κἀκεῖ τὴν νύκτα διαγαγὼν ἐν τῷ κώμῳ καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἤρξατο πυρέσσειν. πυρέττων δὲ καὶ διψήσας σφοδρῶς, ἔπιεν οἶνον, καὶ φρενιτιάσας ἀπέθανεν. εἷς μὲν οὖν ὁ τῆς ἐκείνου τελευτῆς λόγος οὗτος· ἕτερος δ' ἔχει, ἐφ' ἡμέρας αὐτὸν πυρέττειν πλείους καὶ λούεσθαι, οὕτω δὲ κραταιωθῆναι τὸν πυρε-
D τόν, ὡς ἄφωνον κεῖσθαι αὐτόν· τοὺς δὲ Μακεδόνας θορυβεῖσθαι ὡς θανόντος αὐτοῦ, καὶ καταβοᾶν τῶν ἡγεμόνων, ἕως αὐτοῖς αἱ θύραι ἠνοίχθησαν καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῇ κλίνῃ κατεῖδον· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξέλιπε. φασὶ δέ τινες μετέπειτα λόγον γενέσθαι ὡς ὑπὸ φαρμάκου διέφθαρτο, καὶ τὸν Ἀριστοτέλην Ἀντιπάτρῳ σύμβουλον γενέσθαι τῆς πράξεως, καὶ δι' ἐκείνου κομισθῆναι τὸ φάρμακον. τὸ δὲ ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν καὶ παγετῶδες ἀπὸ πέτρας τινὸς ἐν Νωνάκριδι οὔσης, ὃ δρόσον ὥσπερ λεπτὴν ἀναλαμβάνοντες εἰς ὄνου χηλὴν ἀποτίθενται· οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀγγεῖον στέγει αὐτό, ἀλλ' ὑπὸ ψυχρότητος καὶ δριμύτητος διακόπτεται. οἱ δὲ
P I 197 πλείους πεπλάσθαι φασὶ τὸ φαρμάκῳ θανεῖν τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοῦτο τεκμηριοῦνται ἐκ τοῦ τὸ σῶμα ἐφ' ἡμέρας πλείονας κείμενον ἐν τόποις θερμοῖς ἀτημέλητον, τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους

1 καθέξεσθαι A. 4 Μήδιον Plutarchus. 6 πυρέσσειν. πυρέττων] sic libri. 7 φρενητιάσας PW. ὁ om A. 14 ἀριστοτέλην A, Ἀριστοτέλη PW. 16 παγῶδες A. 18 οὐδὲν] καὶ οὐδὲν A. 20 τὸ AW, τῷ P.

diademate sumptis tacite sedere. eo homine Alexander de vatum consilio e medio sublato aeger animo sollicitusque et perturbatus nihil non in omen vertebat. lotus ad Mediam comissatum abiit; apud quam cum et noctem et posterum diem in poculis egisset, febricitare coepit; cumque vehementer sitiret, hausto vino phreneticus decessit. quidam hoc modo eum obiisse tradunt: alii narrant, cum dies plures febricitasset, lavisse, itaque aucto morbo mutum iacuisse; Macedones vero, tanquam eo mortuo perturbatos, vociferatos esse contra duces, donec apertis foribus Alexandrum in lecto iacentem viderint, qui tum demum decesserit. quidam aiunt postea rumorem exstitisse, veneno exstinctum, quod suasu et ingenio Aristotelis pararit Antipater. aquam autem esse gelidam et glacialem e petra Nonacrina tenuis roris instar exsudantem, quam ungula asini excipiant: neque enim ullo alio vase contineri quin frigiditate et acrimonia eius rumpatur. sed plerique hoc ut commenticium refellunt: indicio esse quod cadaver eius, cum dies complures in

στασιασάντων, μηδὲν ἐμφῆναι τοιαύτης φθορᾶς σημεῖον, ἀλλὰ καθαρὸν διαμεῖναι καὶ δοκεῖν πρόσφατον.

Λέγεται δὲ ὡς γνοὺς ἤδη ἐκλείπειν αὐτῷ τὸ βιώσιμον ἠβουλήθη ἐς τὸν Εὐφράτην καταποντῶσαι λαθρηδὸν ἑαυτόν, ἵνα γενόμενος ἀφανὴς παράσχῃ δόξαν ὡς εἰς θεοὺς μετελήλυθεν, ἐξ ἐκείνων γενόμενος, ἡ δὲ Ῥωξάνη τοῦτο γνοῦσα εἶργεν αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα, ὁ δὲ μετ' οἰμωγῆς ἔφη ὡς "ἐφθόνησας ἄρα, γύναι, μοι δόξης τοῦ θεωθῆναι καὶ μὴ θανεῖν."

Ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος οὕτως εἰς μέγα τύχης προαχθεὶς B
ἐτελεύτησεν. (15) ὅτε δὲ τὴν Τύρον ἐπολιόρκει, ἐπιστείλας τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ ἠξίου συμμαχίαν αὐτῷ πέμπειν καὶ ἀγορὰν τῷ στρατεύματι καὶ ὅσα Δαρείῳ ἐδασμοφόρουν αὐτῷ διδόναι. τοῦ δὲ ἀρχιερέως ὅρκους Δαρείῳ δοῦναι φήσαντος μὴ ἆραι κατ' αὐτοῦ ὅπλα, καὶ τούτους ζῶντος Δαρείου μὴ παραβήσεσθαι, ὠργίσθη Ἀλέξανδρος καὶ ἠπείλησε στρατεύσειν κατὰ τῆς Ἰουδαίας. ἄρτι δὲ τὴν Τύρον παρειληφὼς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ὥρμησεν. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἰωάδ ἐν ἀγωνίᾳ ἦν διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ὀργήν, καὶ τοῦ θεοῦ ἐδεῖτο προστῆναι τοῦ ἔθνους. ὁ δὲ θεὸς καθ' C
ὕπνους αὐτῷ ἐχρημάτισε θαρρεῖν, καὶ κοσμήσαντας τὴν πόλιν ἀνοῖξαι τὰς πύλας, καὶ αὐτὸν μὲν μετὰ τῶν ἱερέων ταῖς συνήθεσι στολαῖς ὑπαντῆσαι τῷ βασιλεῖ, τὸ δὲ πλῆθος ἐσθῆσι λευκαῖς. καὶ ὁ μὲν ἐποίησεν ὡς αὐτῷ κεχρημάτιστο, καὶ ἤδη τοῦ Ἀλεξάν-

4 εἰς A. 9 οὗτος A. 18 προστῆναι A, μὴ ἀποστῆναι PW, ὑπερασπίσαι Iosephus.

FONTES. *Cap.* 15. *Iosephi Ant.* 11 8 § 3 — § 7.

locis calidis neglectum iaceret ducibus inter sese rixantibus, nullam veneni notam habuerit sed purum manserit quasi recens esset.

Fertur, cum instare sibi necem animadverteret, voluisse clam se in Euphratem demergere, ut e conspectu sublatus opinionem afferret hominibus se, ut diis genitus esset, ita ad deos rediisse; sed cum Roxane consilio eius cognito obstitisset, cum gemitu dixisse "invides mihi, mulier, divinitatis gloriam et immortalitatis."

Sic Alexander ad tantum fortunae fastigium evectus decessit. (15) idem cum Tyrum obsideret per litteras a pontifice Iudaeorum petiit auxilia sibi mitti et forum praeberi exercitui, sibique ea dari quae pensitare Dario soliti essent. cum autem pontifex se iureiurando obstrictum esse Dario ne arma contra illum ferret dixisset, idque vivente illo violaturum negasset, Alexander iratus se bello petiturum Hierosolyma comminatur, captaque Tyro contra urbem proficiscitur. at pontifex Ioadus ob regis iram anxius deum orat ut populum tueatur. quem deus in somnis bono animo esse iubet ac portis apertis et urbe exornata ipsum cum sacerdotibus solito habitu, populum candidis vestibus, regi obviam prodire. facit ille ut iussus erat: Alexandro iam appropinquante

δρου τῇ πόλει προσάγοντος πρόεισι μετὰ τῶν ἱερέων καὶ τοῦ πλή-
θους τῆς πόλεως εἰς τόπον τινὰ ὅθεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καθω-
ρᾶτο· τῶν δ' ἑπομένων τῷ βασιλεῖ διαρπάζειν κελεῦσαι αὐτὸν
W I 141 τὴν πόλιν λογιζομένων καὶ τὸν ἀρχιερέα διαφθεῖραι, ὁ Ἀλέξαν-
δρος πόρρωθεν ἰδὼν τὸ πλῆθος καὶ τοὺς ἱερεῖς κεκοσμημένους ὡς
D εἴρηται, τὸν δὲ ἀρχιερέα ἐνδεδυμένον τὴν ὑακίνθινον στολὴν καὶ
διάχρυσον, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κίδαριν ἔχοντα καὶ τὸ χρυ-
σοῦν ἐπ' αὐτῆς ἔλασμα ᾧ τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα ἐπεγέγραπτο, μό-
νος προσελθὼν προσεκύνησε καὶ τὸν ἀρχιερέα ἠσπάσατο. ἐπὶ
τούτῳ οἱ μὲν ἄλλοι ξύμπαντες κατεπλάγησαν, Παρμενίων δὲ καὶ
ἠρώτησε τί δήποτε τὸν τῶν Ἰουδαίων προσεκύνησεν ἀρχιερέα. ὁ
δὲ "οὐ τοῦτον" εἶπε, "τὸν δὲ θεὸν προσεκύνησα, οὗ τῇ ἀρχιε-
ρωσύνῃ οὗτος τετίμηται. τοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις εἶδον, ἐγγὺς
ὢν ἔτι Μακεδονίας, ἐν τῇ στολῇ ταύτῃ· καί μοι φροντίζοντι πῶς
P I 198 ἂν τῆς Ἀσίας κρατήσαιμι, μὴ μέλλειν παρεκελεύετο, καὶ αὐτὸς
ἡγεῖσθαί μοι τῆς στρατιᾶς ἐπηγγέλλετο καὶ τὴν Περσῶν παραδώ-
σειν ἀρχήν. οὐδένα οὖν ἐν τοιαύτῃ στολῇ θεασάμενος ἀλλ' ἢ
τοῦτον, ἄρτι τῆς ὄψεώς τε τοῦ ἐνυπνίου ἐμνήσθην, καὶ σὺν θεῷ
τὴν στρατείαν νομίζω πεποιημένος τὸν Δαρεῖον ἡττήσειν καὶ τὴν
Περσῶν ἀρχὴν κατακτήσασθαι." ταῦτα εἰπὼν καὶ τὸν ἀρχιερέα
δεξιωσάμενος τὴν πόλιν εἰσελήλυθε· καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ἀναβὰς ἔθυσε
τῷ θεῷ ὡς ὑφηγεῖτο ὁ ἀρχιερεύς. καὶ τὴν Δανιὴλ εἶδε βίβλον,

3 διαρπάσειν κελεῦσαι A. διαρπάσαι κελεύσειν? 5 τὸ πλῆθος — κεκοσμημένους A cum Iosepho, καὶ τοὺς ἱερεῖς κεκοσμημένους καὶ τὸ πλῆθος PW. 13 ἐγγὺς] ἐν Δίῳ Iosephus. 20 κατακτήσεσθαι? Iosephus καταλύσειν. 22 ὑφηγεῖτο A, ἀφηγεῖτο PW.

cum sacerdotibus et urbana multitudine in locum quendam prodit unde et urbs et templum conspiciebatur. militibus autem opinantibus regem iussurum urbem diripi et pontificem occidi, Alexander cum populum et sacerdotes ut ante dictum est ornatos vidisset, ac pontificem hyacinthina et inaurata stola indutum, cidari capiti imposita, et auream in ea laminam cui dei nomen inscriptum erat, solus accessit atque adoravit pontificemque salutavit. eo facto cum caeteri omnes obstupuissent, Parmenio etiam rogare ausus esset cur Iudaeorum pontificem adorasset, respondit se non illum sed deum cuius ille sacerdotio ornatus esset adorasse. "nam hunc" inquit "in somnis vidi, cum adhuc parum a Macedonia recessissem, in hoc habitu. is me de Asia subigenda cogitantem hortabatur ne cunctarer, et promittebat seipsum fore ducem exercitus et regnum Persarum mihi traditurum. cum autem neminem adhuc praeter istum tali habitu viderim, visionis nocturnae sum recordatus, ac deo auctore bello moto me Darium superaturum confido et regno Persarum potiturum." his dictis et dextera sacerdoti porrecta urbem est ingressus. cumque in templum adscendisset, deo victimas ex praescripto pontificis immolavit; ac Danielis libro viso, quo scriptum est regnum Per-

ἐν ᾗ τινὰ τῶν Ἑλλήνων τὴν Περσῶν βασιλείαν καταλύσειν ἐγγέγραπται, καὶ ἥσθη ἐπ' αὐτῇ· καὶ ὅσα ᾐτήσαντο Ἰουδαῖοι ἐπλήρωσε.

Ταῦτα ἰδόντες οἱ Σαμαρεῖται, καὶ αὐτοὶ οὐ πόρρω τῶν B Ἱεροσολύμων τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὑπήντησαν ἐσκευασμένοι λαμπρῶς, καὶ παρεκάλουν τιμῆσαι αὐτὸν τῇ παρουσίᾳ καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερόν. ὁ δέ "ἥξω" ἔφη "ὅθ' ὑποστρέφω." αἰτουμένων δὲ χαρίσασθαι αὐτοῖς ὅσα τοῖς Ἰουδαίοις, τίνες εἰσὶν ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ Ἑβραῖοι ἔφασαν εἶναι, χρηματίζειν δὲ οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι. καὶ ὃς εἰ Ἰουδαῖοι εἶεν πάλιν ἠρώτησεν. ὡς δ' οὐκ εἶναι κατέθεντο, "ἔγωγε" εἶπεν "Ἰουδαίοις ἐχαρισάμην ἃ αἰτεῖσθε ὑμεῖς." τὸ δὲ ἐν τῷ Γαριζὶν ὄρει ἱερὸν εἰς καταφύγιον τῶν παρανομούντων ἐγίνετο· εἰ γάρ τις κοινοφαγήσας ἢ ἄλλο τι παρανομήσας C ὑπὸ αἰτίαν ἐγίνετο, παρὰ τοὺς Σικιμίτας κατέφευγε. τοῦ δὲ ἀρχιερέως Ἰωὰδ τελευτήσαντος Ὀνίας ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην παρείληφε.

16. Θανόντος δὲ Ἀλεξάνδρου εἰς τέσσαρας ἀρχὰς ἡ ἐκείνου βασιλεία διῄρητο, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας Ἀντίγονος ἦρξε, τῶν δὲ λοιπῶν οἱ προγεγραμμένοι. τούτων δὲ πρὸς ἀλλήλους στασιαζόντων πόλεμοί τε συνεχεῖς ἦσαν καὶ ἐκακοῦντο αἱ πόλεις. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύων, ὃς καὶ σωτὴρ

13 ἐγένετο A. 15 ἰωδαὲ A. 21 ὁ *Λάγου* Iosephus, et Zonaras supra p. 226 v. 7.

Fontes. *Cap.* 16. *Iosephi Ant.* 12 1 *et* 2. ἕτεροι *p.* 359 *v.* 12: *Epiphanius de mensuris et ponderibus T.* 2 *p.* 161 *ed. Petav.*, *et alii.*

sicum a Graeco evertendum esse, laetatus omnibus Iudaeorum postulatis annuit.

Quo Samaritani viso et ipsi prope Hierosolyma Alexandro occurrerunt splendide ornati, petentes ut suum quoque templum praesentia sua ornare vellet. id se in reditu facturum promisit Alexander. cum autem rogarent ut eadem sibi quae Iudaeis tribuisset concederet, qui essent rogavit. illis respondentibus se Hebraeos esse, caeterum Sicimitas Sidonios appellari, denuo rogavit an Iudaei essent. negantibus illis dixit se, quae illi peterent, Iudaeis concessisse. templum porro Garizinium refugium erat eorum qui patrias leges violarant. nam si quis immundis cibis usus esset aut alioqui a more maiorum recessisset, ad Sicimitas se recipiebat. pontifice Ioado mortuo Onias filius eius pontificatum iniit.

16. Post Alexandri obitum eius imperium in partes quattuor est distractum; et Asia potitus Antigonus, reliquis partibus ii quorum supra facta est mentio. qui cum inter sese dissiderent, et bella continua exsistebant et urbes vexabantur. Ptolemaeus autem Lagus, qui et Soter

D ἐχρημάτιζε, τῇ τε Συρίᾳ τἀναντία τῇ ἐπικλήσει αὐτοῦ γέγονε, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δόλῳ κατέσχεν. εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὴν πόλιν σαββάτῳ ὡς θύσων, ἀπόνως ταύτης ἐκράτησεν· οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι μήτε τὴν διάνοιαν εἰδότες αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν ἡμέραν ἐν ἀργίᾳ ὄντες, οὐκ ἀντέστησαν. κρατήσας δ' οὕτω τοῦ ἔθνους πικρότατα ἦρχε, καὶ πολλοὺς λαβὼν αἰχμαλώτους εἰς Αἴγυπτον ἀπήγαγε καὶ κατῴκισε. τοῖς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις στάσεις πρὸς τοὺς Σαμαρείτας ἐγένοντο, τῶν μὲν Ἱεροσολυμιτῶν τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν καλούντων ἅγιον καὶ τὰς θυσίας ἐν αὐτῷ γίνεσθαι δεῖν λεγόντων, P I 199 τῶν δὲ Σικιμιτῶν τὸν ἐν τῷ Γαριζὶν ὄρει σεμνυνόντων ναόν.

Τεσσαράκοντα δ' ἔτη τοῦ Λάγου Πτολεμαίου βασιλεύσαντος τῆς Αἰγύπτου καὶ τελευτήσαντος ὁ παῖς αὐτοῦ Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος διεδέξατο τὴν ἀρχήν. ὃς τάς τε γραφὰς τὰς Ἑβραϊκὰς ἐκ τῆς πατρίου γλώττης εἰς Ἑλλάδα μεταβληθῆναι διάλεκτον ἔσπευσε, καὶ τοὺς δουλεύοντας ἐν Αἰγύπτῳ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν W I 142 ἠλευθέρωσε. συλλογὴν γὰρ βιβλίων ποιήσασθαι βουληθεὶς καὶ περὶ ταύτην φιλοτιμούμενος, τὸν Φαληρέα Δημήτριον ἐπὶ τῶν βιβλιοθηκῶν εἶχε. καί ποτε τοῦ Πτολεμαίου τὸν Δημήτριον ἐρωτήσαντος πόσας ἤδη ἔχει μυριάδας βιβλίων, περὶ εἴκοσιν εἶπεν B εἶναι τὰ συνειλεγμένα ἐκεῖνος· εἶναι δὲ καὶ παρ' Ἑβραίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα σπουδῆς ἄξια, καὶ δεῖν καὶ ταῦτα κτήσασθαι. γράφει τοίνυν ὁ βασιλεὺς τῷ ἀρχιερεῖ περὶ τούτων. Ἀρισταῖος δὲ φίλος τυγχάνων τῷ βασιλεῖ "τοὺς τῶν

4 ἐν] καὶ ἐν A. 9 γίνεσθαι A, γενέσθαι PW. 11 Λάγου] λεγομένου A. 22 τῷ ἀρχιερεῖ add A Iosephus. 23 τῷ βασιλεῖ add A Iosephus.

vocabatur, longe aliter quam pro cognomento suo tractavit Syriam, et Hierosolyma dolo occupavit. nam urbem per speciem sacrificandi sabbato ingressus sine labore domuit, Iudaeis voluntatem eius ignorantibus et propter sabbatum non resistentibus. gente autem ad hunc modum subacta acerbissime imperavit et multos captivos in Aegyptum abduxit. inter Samaritanos porro et Hierosolymitanos contentiones fuere, cum utrique sui templi sanctitatem celebrarent, in eoque victimas immolari oportere dicerent.

Ptolemaeo Lago quadragesimo Aegyptiaci regni anno defuncto filius Philadelphus successit. qui operam dedit ut scripturae Hebraicae in linguam Graecam transferrentur, et Hierosolymitas qui in Aegypto serviebant liberavit. nam cum in libris conquirendis multum studii poneret, Demetrium Phalereum bibliothecae praeposuit. qui aliquando a rege interrogatus quot librorum milia comparasset, circiter ducenta respondit esse iam collecta. esse autem apud Hebraeos etiam libros de illorum legibus et institutis non contemnendos: eos quoque comparandos esse. rege eam rem per litteras a pontifice petituro Aristaeus regis

Ἰουδαίων νόμους” εἶπεν “οὐ μεταγράψαι μόνον ἀλλὰ καὶ μεθερμηνεῦσαι διεγνωκότες, πῶς ἂν τοῦτο διαπραξώμεθα, πολλῶν Ἰουδαίων ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ δούλων ὄντων; ἀπόλυσον οὖν αὐτοὺς βασιλεῦ τῆς δουλείας, καὶ οὕτω πρόθυμον τὸ ἔθνος ποιήσεις εἰς τὸ τὰς γραφὰς καὶ μεταγράψασθαι καὶ μεθερμηνεῦσαι.” ὁ γοῦν βασιλεὺς τῷ λόγῳ τοῦ Ἀρισταίου πεισθεὶς ἐκέλευσε πάντας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύοντας Ἰουδαίους ἐλευθέρους ἀπολυθῆναι, πριάμενος ἕκαστον ἐκ τῶν δεσποτῶν αὐτῶν δραχμῶν ἑκατὸν εἴκοσι. C τὸ δὲ τῶν ἐλευθερωθέντων πλῆθος εἰς μυριάδας ἠρίθμητο ὑπὲρ δέκα. τὰ δὲ ὑπὲρ τιμήματος αὐτῶν δοθέντα τετρακόσια καὶ ἑξήκοντα γεγόνασι τάλαντα.

Γράφει γοῦν Πτολεμαῖος πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἀρχιερέα. τελευτήσαντος γὰρ τοῦ ἀρχιερέως Ὀνίου ὁ παῖς αὐτοῦ Σίμων αὐτὸν διεδέξατο ὃς καὶ δίκαιος ἐπεκέκλητο, τούτου δὲ θανόντος ἐπὶ νηπίῳ υἱῷ Ὀνίᾳ καλουμένῳ ὁ τοῦ Σίμωνος ἀδελφὸς Ἐλεάζαρ τὴν ἀρχιερωσύνην εἶχε. τούτῳ τοίνυν ὁ Πτολεμαῖος ἐπέστειλε, τήν τε τῶν δουλευόντων Ἰουδαίων ἐλευθερίαν καταγγέλλων καὶ τὴν εἰς τὸ ἔθνος διάθεσιν, καὶ ἀξιῶν τούς τε νόμους αὐτοὺς πεμφθῆναι καὶ ἄνδρας ἓξ ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς τήν τε πάτριον ἠσκημένους διάλεκτον D εἰς ἀκρίβειαν καὶ τὴν Ἑλληνίδα φωνήν, ἵνα παρ᾽ ἐκείνων εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν μεταβληθεῖεν αἱ παρ᾽ αὐτοῖς γραφαί. ἔστειλε δὲ καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθήματα, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατόν, φιάλας χρυσᾶς εἴκοσι καὶ ἀργυρᾶς τριάκοντα, καὶ κρατῆρας πέντε

1 ἑρμηνεῦσαι A et pars codicum Iosephi. 5 ἑρμηνεῦσαι A. 8 ἑκατὸν εἴκοσι etiam Iosephus: Aristeas εἴκοσι. neque numerus congruit cum sequentibus.

amicus “cum” inquit “Iudaeorum leges non modo transscribere sed etiam interpretari statuerimus, quo pacto id consequemur, cum multi Iudaei in regno tuo serviant? eos igitur libertate donatos, rex, dimittito, ut gentem alacriorem reddas ad scripturas et transscribendas et interpretandas.” hoc consilium secutus rex omnes Iudaeos in Aegypto servientes missos fieri iubet, singulos a dominis suis drachmis centenis vicenis mercatus. manumissorum multitudo supra centena milia numerata est. pretium redemptionis eorum talenta 460 confecit.

Ptolemaeus igitur ad Eleazarum pontificem scribit (nam Oniae defuncto filius Simon cognomento iustus successerat: eo mortuo, infante filio Onia relicto, Simonis frater Eleazarus sacerdotium obtinebat), eique et servientium Iudaeorum manumissionem et suam erga populum voluntatem significat, petitque et ipsas leges sibi mitti et viros senos e qualibet tribu tum patriae tum Graecae linguae peritissimos a quibus scripta illorum in linguam Graecam converterentur. misit et in templum donaria talentorum argenti centum, phialas aureas viginti, argenteas tri-

καὶ τράπεζαν χρυσῆν. ὁ γοῦν Ἐλεάζαρ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πτολεμαίου καὶ τὰ ἀναθήματα κομισάμενος, ἐπελέξατο ἄνδρας ἐκ φυλῆς ἑκάστης ἕξ, καὶ πέπομφε φέροντας καὶ τὸν νόμον. ὧν εἰς Ἀλεξάνδρειαν παραγενομένων, καὶ τῷ βασιλεῖ τάς τε διφθέρας χρυσοῖς γράμμασι τὸν νόμον ἐχούσας ἐγγεγραμμένον καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως αὐτῷ σταλέντα δῶρα προσκεκομικότων, ὁ βασιλεὺς ἥσθη διαφερόντως, καὶ ἠσπάσατο τοὺς ἄνδρας, καὶ P I 200 συνειστιάθη αὐτοῖς, καὶ ἀνὰ τρία δέδωκε τάλαντα, καὶ καταλύσεις αὐτοῖς ἡτοίμασε καλλίστας. εἶτα παραλαβὼν αὐτοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ εἰς ἕνα οἶκον ἀπαγαγὼν ἤρεμον, ἔργου ἔχεσθαι παρεκάλει. οἱ δὲ ὡς ἐνῆν φιλοτίμως ἀκριβῆ τὴν ἑρμηνείαν ἐτίθεντο. τοῦ δ' ἔργου ἐν ἑβδομήκοντα καὶ δυεῖν ἡμέραιν τετελεσμένου, καὶ τῶν μεταγραφέντων ἀναγνωσθέντων τῷ βασιλεῖ, ἐκεῖνος καὶ ἔχαιρεν ὅτι εἰς ἔργον αὐτοῦ προήχθη τὸ βούλημα, καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ νομοθέτου καὶ τὴν σοφίαν ὑπερεθαύμαζε. καὶ ἠπόρει πῶς οὐδεὶς οὔτε τῶν ἱστορικῶν οὔτε τῶν ἄλλων σοφῶν αὐτῆς B ἐπεμνήσθη. ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ Δημήτριος μηδένα τολμῆσαι τῆς τῶν νόμων τούτων ἀναγραφῆς ἅψασθαι διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι, καὶ ὅτι τινὲς ἐγχειρήσαντες τούτοις ἐβλάβησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Θεόπεμπτός τε γὰρ βουληθεὶς περὶ τούτων συγγράψασθαι ἐβλάβη τὰς φρένας ἐφ' ἡμέραις πλείοσι τῶν τριάκοντα· καὶ συνεὶς ὅθεν αὐτῷ ἡ παραφροσύνη ἐγένετο, ἐν τοῖς διαλείμμασιν ἐξιλάσκετο τὸν θεόν·

1 οὖν A. 12 ἡμέραις A. 14 εἰς ἔργον ἤχθη τὸ αὐτοῦ βούλημα A. 19 Θεόπομπος Iosephus. 20 τε add A.

ginta, crateras quinque, mensam auream. Eleazarus autem litteris et donariis Ptolemaei acceptis e qualibet tribu viros senos delectos ablegavit legem secum portantes. qui cum Alexandriam pervenissent et legem regi aureis litteris in membranis descriptam una cum missis a pontifice muneribus attulissent, rex magnopere laetatus viros humaniter exceptos suae mensae adhibuit, et terna eis talenta distribuit, diversoriis amoenissimis assignatis. deinde a Demetrio in unam tranquillam domum omnes sunt deducti, hortante ut operi instarent. hi pro virili accuratoque studio conversionem absolvunt. qua intra dies 72 perfecta, exscripta et recitata, rex et voluntati suae satis esse factum est gavisus, et legis latoris ingenium et sapientiam supra modum est admiratus. sed illud ei scrupulum iniiciebat, quod nemo vel historicorum vel sapientum eius meminisset. cui Demetrius dixit neminem fuisse ausum legum illarum descriptionem suscipere eo quod divinae sint, et nonnullos temerarii conatus poenas dedisse divinitus irrogatas. nam Theopemptum eas descripturum errore mentis ultra dies triginta fuisse affectum: cuius amentiae causa cognita per intervalla morbi placasse deum; ac somnio monitum

ὄναρ τε εἶδεν ὡς αὐτῷ τὸ πάθος συμβέβηκε περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα καὶ εἰς κοινοὺς ἀνθρώπους ἐκφέρειν ταῦτα θελήσαντι. ἀπο- W I 143 σχόμενος οὖν τοῦ ἔργου κατέστη τὸν νοῦν. "ἀλλὰ καὶ Θεόδεκτος" εἶπεν "ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής, θέλων ἔν τινι δράματι τῶν ἐν τῇ ἱερᾷ βίβλῳ γεγραμμένων μνησθῆναι, ἀλγήσας τὰ ὄμματα ἐπη- C ρώθη· καὶ τὸ αἴτιον γνοὺς ἀπηλλάγη τῆς συμφορᾶς, δεηθεὶς τοῦ θεοῦ." λαβὼν οὖν τὰς βίβλους ὁ βασιλεὺς καὶ προσκυνήσας αὐταῖς, καὶ δωρησάμενος τοῖς ἀνδράσι φιλοτιμότατα, καὶ ἀναθήματα στείλας ἐν τῷ ναῷ καὶ δῶρα κάλλιστα τῷ ἀρχιερεῖ, ἐπανελθεῖν ἀφῆκεν εἰς Ἱερουσαλήμ.

Οὕτω μὲν τὴν ἑρμηνείαν τῶν Ἑβραϊκῶν γραφῶν γενέσθαι ἱστόρησεν ὁ Ἰώσηπος· ἕτεροι δὲ μὴ ὁμοῦ συνελθόντας φασὶ τοὺς ἑρμηνεῖς τῶν γραφῶν ποιήσασθαι τὴν παράφρασιν, ἀλλ᾽ ἀνὰ δύο διαιρεθῆναι αὐτοὺς καὶ ἐν ἰδιαζούσαις διαίταις ὄντας ἐκθέσθαι τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μετὰ τὸ τέλος ὁμοῦ συνελθεῖν, καὶ τὰς ἑκά- D στων συγγραφὰς παραβληθείσας ἀλλήλαις εὑρεθῆναι μήτε κατὰ νοῦν μήτε μὴν κατὰ λέξεις διαφωνούσας, ἀλλὰ συμφώνους ἐν ἅπασιν.

Ἡ μὲν οὖν ἑρμηνεία ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου οὕτως ἢ ἐκείνως ἐγένετο. (17) οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας καὶ μαχομένου πρὸς τὸν Εὐπάτορα Πτο-

3 Θεόδεκτος pro Θεοδέκτης etiam Syncellus, addito στρατηγικός pro τραγικός, I 518 ed. Bonn. 8 τοῖς ἀνθρώποις φιλοτιμήματα A. 13 δύω PW. 14 καὶ om A. 16 παραβληθείσαις A. 17 μὴν om A. ἀλλὰ συμφώνους om A.

Fontes. *Cap.* 17. *Iosephi Ant.* 12 3—4 § 6.

illius mali causam esse curiosam rerum divinarum tractationem et profanis hominibus eas invulgandi studium, omisso eo opere ad sanam mentem reversum esse. Theodectum quoque poetam tragicum, in fabula quadam sacrarum litterarum mentionem facturum, ex oculorum dolore caecatum; causaque cognita exorato deo visum recepisse. rex libros acceptos adoravit, et viros munificentissime donatos, donariis templo et pulcherrimis muneribus pontifici missis, Hierosolyma remisit.

Atque Hebraicas scripturas hoc modo fuisse conversas Iosephus tradit: alii vero auctores sunt, interpretes non uno in loco congregatos conversioni vacasse, sed binos fuisse distributos et in peculiaribus conclavibus suo munere functos, finitaque interpretatione convenisse; et singulorum scripturam, collatione facta cum caeteris, neque sententiis neque verbis discrepantem per omnia consensisse.

Interpretationis igitur ratio sub Ptolemaeo Philadelpho sive haec sive illa fuit. (17) Iudaei autem Antiocho Magno Asiae imperante et

λεμαῖον καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου υἱὸν τὸν Ἐπιφανῆ Πτολεμαῖον, σφοδρῶς ἐκακώθησαν. νικήσας δὲ ὁ Ἀντίοχος τὴν Ἰουδαίαν προσά-
P I 201 γεται. τοῦ δ' Ἐπιφανοῦς Πτολεμαίου μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν Κοίλην Συρίαν μεγάλην στείλαντος δύναμιν καὶ πολλὰς λαβόντος πόλεις, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος πολεμούμενον προσέθετο τῷ Ἐπιφανεῖ. αὖθις δὲ τοῦ Ἀντιόχου νικήσαντος, ἑκουσίως Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτὸν μετετέθησαν, καὶ εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν εἰσεδέξαντο, καὶ τοὺς ἐν τῇ ἀκροπόλει φυλάσσοντας τοῦ Πτολεμαίου στρατιώτας πολιορκοῦντι συνεμάχησαν· κἀντεῦθεν φίλιον αὐτῷ τὸ ἔθνος ἐγένετο. εἶτα σπένδεται μὲν τῷ Πτολεμαίῳ Ἀντίοχος καὶ κῆδος τίθεται πρὸς αὐτόν, τὴν θυγατέρα δοὺς αὐτῷ Κλεοπάτραν, καὶ εἰς φερνὴν παρέσχε τήν τε Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Ἰουδαίαν ἀλλὰ μὴν καὶ Σαμάρειαν. ταῦτα δὲ
B συνέβη ἐπὶ ἀρχιερέως Ὀνίου. τὸν γὰρ Ἐλεάζαρ θανόντα ὁ θεῖος αὐτοῦ διεδέξατο Μανασσῆς, μεθ' ὃν τῆς ἀρχιερωσύνης Ὀνίας ἠξίωτο Σίμωνος ὢν υἱὸς τοῦ δικαίου. Σίμων δὲ τοῦ Ἐλεάζαρ ἦν ἀδελφός, ὡς ἱστόρηται.

Ὁ γοῦν εἰρημένος Ὀνίας, διὰ φιλοχρηματίαν καὶ διανοίας ἀσθένειαν μὴ δοὺς τῷ Πτολεμαίῳ τὸν δασμὸν τὸν ἐτήσιον ὃν οἱ πρὸ αὐτοῦ τοῖς βασιλεῦσιν ἐδασμοφόρουν, ἠρέθισεν αὐτὸν εἰς ὀργήν. πέμψας οὖν ὁ Πτολεμαῖος ἠπείλει κακῶς διαθήσειν καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν· ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἡττώμενος χρημάτων ἀδυσώπητος ἦν. Ἰωσὴφ δὲ υἱὸς Τωβίου, τοῦ δ' ἀρχιερέως

1 καὶ πρὸς — Πτολεμαῖον om A. 8 αὐτῶν A. 21 ὁ om A. 23 δ'] δὲ A.

cum Eupatore Ptolemaeo et eius filio Ptolemaeo Epiphane bellum gerente graviter sunt afflicti, seque cum Antiocho victore coniunxerunt. sed cum Ptolemaeus Epiphanes post patris obitum ingentibus copiis in Coelesyriam missis multas urbes subegisset, bello urgente partes illius secuti, ad Antiochum rursus victorem ultro transierunt, eique amicitia inita in urbem recepto adiumento fuerunt ad Ptolemaei praesidium in arce obsidendum. deinde pace et affinitate Antiochus cum Ptolemaeo iuncta filiam ei Cleopatram despondet, doti data Coelesyria Phoenicia Iudaea et Samaria. haec Onia pontifice acciderunt: nam Eleazaro defuncto successit patruus Manasses, post quem pontificatus in Oniam est collatus, Simonis iusti filium. Simon porro Eleazari frater fuit, ut est expositum.

Is igitur Onias ex avaritia et ingenii imbecillitate non dato tributo annuo quod eius decessores regibus pendere soliti fuerant, Ptolemaei contra se iracundiam concitavit, ut misso quodam minitaretur se et populum et urbem male tractaturum. caeterum cum pontifex prae amore pecuniae nihil iis minis moveretur, et Iosepho sororis suae et

ἀδελφιδοῦς, ἠρώτησε τὸν θεῖον εἰ δίδωσιν αὐτῷ πρὸς τὸν Πτο-
λεμαῖον πρεσβεῦσαι. τοῦ δὲ ἐπιτρέψαντος, τὸν ἐκ τοῦ Πτολε-
μαίου σταλέντα ξενίζει φιλοτιμότατα, καὶ δωρεὰς αὐτῷ πολυτε- C
λεῖς παρασχὼν προέπεμψεν, ἕψεσθαι καὶ αὐτὸς ὑποσχόμενος. καὶ
ὁ μὲν ἐπανῆλθε πρὸς Πτολεμαῖον, τὰ γεγονότα μηνύων καὶ τὴν
τοῦ Ἰωσὴφ χρηστότητα διηγούμενος, καὶ λέγων τὸν ἄνδρα ἀφί-
ξεσθαι πρεσβευσόμενον, καὶ πολλὰ τούτου πρὸς τὸν βασιλέα καὶ
τὴν βασίλισσαν διεξιὼν ἐγκώμια· ὁ δὲ Ἰωσὴφ παρασκευασάμενος
μετὰ ταῦτα εἰς Ἀλεξάνδρειαν παραγέγονεν. ἀκούσας δὲ ἐν Μέμ-
φει τὸν Πτολεμαῖον εἶναι, ἀπῄει ὑπαντήσων αὐτῷ. ἔτυχε δὲ ὁ
βασιλεὺς ἐπὶ ὀχήματος μετὰ τῆς γυναικὸς καθεζόμενος, παρῆν δὲ
καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰωσὴφ ξενισθείς. ὃς ἰδὼν αὐτόν "οὗτος"
ἔφη τῷ βασιλεῖ "περὶ οὗ σοι ἀπήγγειλα ὡς ἀγαθός ἐστι καὶ φιλό- D
τιμος νεανίας." καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἀκούσας πρῶτός τε αὐτὸν
προσηγόρευσε καὶ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ ὄχημα παρεκέλευσεν. αἰτιω-
μένου δὲ τὸν ἀρχιερέα τοῦ βασιλέως "συγγίνωσκε" ἔλεγε "διὰ τὸ W I 144
γῆρας αὐτῷ· τοῖς τε γὰρ πρεσβύταις καὶ τοῖς νηπίοις ὁμοία ἐστὶν
ἡ διάνοια· ἡμεῖς δέ σοι οἱ νέοι πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν καταθήσομεν."
ἐκ τούτων ἐπὶ πλέον ἡ πρὸς αὐτὸν ἐπέδωκε τοῦ βασιλέως διάθεσις.
γενομένου δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ βασιλέως, ἰδόντες οἱ πρῶτοι τῆς
Συρίας (ἔτυχον γὰρ ἐλθόντες ἵνα τὰ τέλη τῶν πόλεων ἐξωνήσωνται,
κατ' ἔτος τοῦ βασιλέως ταῦτα τοῖς τῶν πόλεων πιπράσκοντος
δυνατοῖς) τὸν Ἰωσὴφ αὐτῷ συγκαθήμενον, ἐδυσχέραινον. εἰς P I 202

5 ἀπῆλθε A. 8 παρεσκευασμένος A: Iosephus παρασκευασάμενος. 15 παρεκάλεσε Iosephus.

Tobiae filio petenti concessisset ut ad Ptolemaeum iret, ille regis legatum hospitio magnifice exceptum et muneribus pretiosis donatum praemisit, se consecuturum pollicitus. qui ad Ptolemaeum reversus quae facta sint commemorat, Iosephi bonitatem exponit, eumque multis eius laudibus apud regem et reginam commemoratis legatum affore dicit. deinde cum Iosephus paratis rebus suis Alexandriam venisset ac Ptolemaeum Memphi esse audivisset, obviam illi proficiscitur, una cum uxore in curru sedenti, eo quoque praesente quem hospitio acceperat, et regi dicente eum adolescentem esse cuius bonitatem et liberalitatem commendasset. Ptolemaeus igitur prior Iosephum allocutus currum conscendere iubet et de pontifice queritur. Iosephus vero aetatem excusans petit ut ei rex veniam det: nam senes et pueros eadem esse sententia: se vero adolescentes quidquid deberetur persoluturos. hinc magis etiam aucta est regis erga illum benevolentia. rege Alexandriam reverso proceres Syriae (venerant enim ad redimenda vectigalia quae potentibus civibus rex quotannis vendere solebat) conspicati Iosephum illi assidere, indignati

ὀκτακισχίλια δὲ τάλαντα τὰ τῆς Κοίλης Συρίας τέλη καὶ τὰ τῆς Φοινίκης καὶ Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας ὠνουμένων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν, ὁ Ἰωσὴφ διπλασίονα δώσειν ὑπισχνεῖτο. τοῦ δὲ βασιλέως κατανεύσαντος, ἐρομένου δὲ εἰ τοὺς ἐγγυησομένους αὐτὸν ἔχει, "δώσω" εἶπεν "ἀνθρώπους οἷς οὐκ ἀπιστήσετε." καὶ "τίνες οὗτοι" προσερομένου, "σέ" εἶπεν "ὦ βασιλεῦ, καὶ τὴν γυναῖκα τὴν σὴν ἐγγυησομένους δίδωμι." γελάσας δὲ ὁ Πτολεμαῖος συνεχώρησεν αὐτῷ τῶν φόρων τὴν εἴσπραξιν. λαβὼν οὖν στρατιώτας ὡς δισχιλίους, εἰς Συρίαν ἐξώρμησε. γενόμενος δ' ἐν
B Ἀσκάλωνι, ὡς οὐδὲν ἐδίδουν αὐτῷ ἀλλὰ καὶ προσύβριζον, συλλαβὼν τοὺς πρωτεύοντας ἔκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας δημεύσας αὐτῶν τῷ βασιλεῖ ἔπεμψεν ὡς χίλια τάλαντα. ὁ δὲ τὰ πεπραγμένα ἐπαινέσας ἐφίησιν αὐτῷ ποιεῖν ὅ τι βούλεται. τοῦτο φόβον τοῖς Σύροις ἐνέβαλε, καὶ ἐδέχοντο προθύμως τὸν Ἰωσήφ, καὶ τοὺς φόρους ἐδίδουν. κερδήσας δ' ἐκ τούτων πολλά, μεγάλα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ ἔστελλε δῶρα καὶ πᾶσι τοῖς περὶ αὐτούς, ὅθεν ἐπὶ ἔτη δύο καὶ εἴκοσι τῆς εὐτυχίας ταύτης ἀπήλαυσε.

Γυναιξὶ δὲ δυεῖν συνοικήσας, ἐκ μὲν τῆς μιᾶς παῖδας ἔσχεν ἑπτά, ἐκ δὲ τῆς λοιπῆς ἕνα. ἦν δ' αὕτη ἀδελφόπαις αὐτοῦ·
C ἥπερ οὕτως συνῴκησε. (18) ὀρχηστρίδος ἠράσθη τινὸς καὶ τῷ ταύτης ἔκαμνεν ἔρωτι. μηνύει δὲ τὸ πάθος τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ διακονήσασθαί οἱ πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγγείλατο, καὶ νυκτὸς τὴν

7 ante δίδωμι PW add μοι, om A. 12 χίλια A Iosephus, δισχίλια PW. 13 ποιεῖν om A.

Fontes. *Cap.* 18. *Iosephi Ant.* 12 4 § 6—§ 11.

sunt. cumque octies mile circiter talentis vectigalia Coelesyriae Phoeniciae Iudaeae et Samariae licerentur, Iosephus duplum obtulit. non abnuente rege sed an sponsores haberet rogante, respondit se eos praedes daturum quibus fidem non abrogaturus esset. pergente interrogare quinam ii essent, "te" inquit, "rex, uxoremque tuam sponsores do." ac Ptolemaeus cum risu exactionem vectigalium illi promittit. acceptis igitur militum circiter duobus milibus in Syriam contendens cum Ascalonem venisset atque a civibus non modo nihil impetraret sed contumeliis etiam afficeretur, primoribus comprehensis et occisis eorumque opibus publicatis regi ad mile talenta mittit, qui actis collaudatis ei quidquid velit facere permittit. ea re Syri territi Iosepho alacriter suscepto tributa pependerunt. unde magno lucro facto, magnis muneribus Ptolemaeo Cleopatrae et aulicis eorum omnibus missis, ea felicitate per annos duos et viginti est usus.

Cum autem duas uxores duxisset, e priore septem liberos, ex altera fratris sui filia unam duntaxat prolem suscepit: quam hac ratione duxit. (18) Cum saltatriculam quandam deperiret atque animi aegritu-

ἑαυτοῦ θυγατέρα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀγαγὼν συγκατέκλινε. καὶ
τούτου γενομένου πολλάκις, ἤρα σφοδρότερον. τοῦ δὲ ἀδελφοῦ
τὸ κεκρυμμένον αὐτῷ φανερώσαντος, συνῴκησε τῇ ἀδελφιδῇ, καὶ
ἐξ αὐτῆς υἱὸν ἔσχεν, Ὑρκανὸν καλέσας αὐτόν. τρισκαίδεκα δὲ
γεγονὼς ἐτῶν οὗτος τήν τε σύνεσιν ἐδείκνυ καὶ τὴν ἐντρέχειαν.
δοὺς γὰρ αὐτῷ ὁ πατὴρ ζεύγη βοῶν τριακόσια ἐξέπεμψεν εἰς χώ-
ραν δυεῖν ἡμέραιν ἀπέχουσαν, τὴν γῆν ἐργασόμενον, τοὺς ἱμάν- D
τας τῶν ζυγῶν παρακατασχών. ὁ δὲ γενόμενος ἐκεῖ καὶ μὴ ἔχων
ἱμάντας, τῶν βοηλατῶν στέλλειν πρὸς τὸν πατέρα τοὺς αἰτήσον-
τας αὐτοὺς δεῖν λεγόντων, τῇ μὲν ἐκείνων συμβουλῇ οὐ προσέ-
σχεν, αὐτὸς δὲ δέκα ζεύγη καταθύσας τὰ μὲν κρέα τοῖς ἐργάταις
διένειμε, τὰς δὲ δορὰς κατατεμὼν τούτοις προσέδησε τοὺς ζυγούς,
καὶ οὕτω τὴν ἐργασίαν ποιήσας ἐπανελήλυθεν. ὁ δὲ πατὴρ τὴν
ἐπίνοιαν αὐτοῦ γνοὺς καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἠγάπησε καὶ τῶν
ἄλλων προετίμα υἱῶν· οἱ δὲ ἤχθοντο. τῷ δὲ Πτολεμαίῳ γεννη-
θέντος υἱοῦ οἱ πρῶτοι τῶν ὑπ' αὐτὸν χωρῶν ἑώρταζον τὰ γενέ-
θλια ἀπιόντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν, Ἰωσὴφ δὲ τῷ γήρᾳ δυσκόμιστος P I 203
γεγονὼς τῶν παίδων ἕνα ἐκεῖ ἀπελθεῖν προετρέπετο. τῶν δὲ
πρεσβυτέρων παραιτουμένων ὁ Ὑρκανὸς κατέθετο ἀπελθεῖν. καὶ
συνεβούλευε τῷ πατρὶ μὴ πέμπειν αὐτόθεν δῶρα τῷ βασιλεῖ, ἐπι-
στεῖλαι δὲ τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἰκονόμῳ παρασχεῖν αὐτῷ χρυσίον,
ἵνα δι' αὐτοῦ πρίηται δῶρα. ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἐπαινέσας τῆς συμ-
βουλῆς, γράφει τῷ οἰκονόμῳ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χρημάτων οὐκ
ἐλαττόνων ὄντων τρισχιλίων ταλάντων, δοῦναι τῷ υἱῷ χρήματα W I 145

dinem fratri aperuisset, ille se amoris ministrum fore pollicitus noctu filiam suam ad eum deduxit. quo saepius facto atque amore aucto arcanoque cognito fratris filiam matrimonio sibi iunxit, ex eaque filium Hyrcanum suscepit. qui annos tredecim natus et prudentiam et acrimoniam suam demonstravit. nam missus a patre cum 300 boum iugis ad praedium quoddam biduum dissitum itinere excolendum, iugorum loris non acceptis, cum bubulci hortarentur ut ea per nuntium a patre peteret, eorum consilio non acquievit, sed decem boum iugis immolatis carnes inter operarios distribuit et tergoribus concisis boves alligavit, atque ita opere confecto domum rediit. at pater eam calliditatem admiratus illum prae caeteris filiis aegre id ferentibus et amavit et magni fecit. nato autem filio Ptolemaeo principes provinciarum illi parentium Alexandriam ibant ad natalicium festum celebrandum, Iosephus autem ob aetatem tardus aliquem ex filiis eo ire iubebat. caeteris autem recusantibus Hyrcanus se iturum recipit, ac patri auctor est ne munera domo mittat, sed Alexandrino procuratori scribat ut aurum sibi det quo munera comparet. ille collaudato filii consilio procuratori scribit, qui non minus tribus milibus talentum administrabat, ut det filio quantum ei

B ὅσων ἂν δεηθῇ, ἐλπίσας μὴ πλείω δέκα ἔσεσθαι ταλάντων τὴν ἐπὶ τῇ δωρεᾷ τοῦ βασιλέως δαπάνην. λαβὼν οὖν τὴν ἐπιστολὴν Ὑρκανὸς ἀπῄει πρὸς Ἀλεξάνδρειαν. οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ Ἰωσὴφ παῖδες γράφουσι τοῖς πατρικοῖς ἑταίροις ἐπιβουλεῦσαι τῷ Ὑρκανῷ καὶ διαφθεῖραι αὐτόν. γενόμενος δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ πατρὸς τῷ οἰκονόμῳ ἐπέδωκεν. ὁ δὲ ἤρετο πόσων χρῄζει ταλάντων· καὶ ὃς "χιλίων" ἔφη. ὁ δ' οἰκονόμος οὐ πλείω δέκα παρεῖχεν. ὀργισθεὶς δὲ ὁ παῖς τὸν οἰκονόμον ἐδέσμησε. καὶ ὁ Πτολεμαῖος στείλας πρὸς Ὑρκανόν, θαυμάζειν ἔλεγε πῶς οὔτε ὤφθη αὐτῷ καὶ τὸν τοῦ πατρὸς ἔδησεν οἰκονόμον. ὁ δὲ μὴ ἐλθεῖν ἔφη περιμένων ἑτοιμάσαι τὰ δῶρα, τὸν δὲ δοῦλον κολάσαι οἷς ἐπέταξεν ἀπειθήσαντα. διὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς καὶ ἐγέλασε
C καὶ τὴν τοῦ παιδὸς μεγαλοφροσύνην ἐθαύμασεν. ὁ δὲ Ἀρίων ὁ οἰκονόμος γνοὺς ὡς οὐκ ἔστιν αὐτῷ ἀρωγή, δοὺς τὰ χίλια τάλαντα τῶν δεσμῶν ἐλύθη. ὁ Ὑρκανὸς δὲ παῖδας ἑκατὸν ἀκμαιοτάτους καὶ γράμματα εἰδότας ὠνήσατο, ταλάντου πριάμενος ἕκαστον, καὶ παρθένους τοσαύτας ἰσοταλάντου τιμῆς. τῶν γοῦν ἄλλων ἁπάντων τῶν μὲν ἀνὰ δέκα τάλαντα προσαγόντων τῷ βασιλεῖ, τῶν δὲ μείζω δωρουμένων οὐχ ὑπερβάντων τὰ εἴκοσιν, ὁ Ὑρκανὸς τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ προσήνεγκεν, ὧν ἕκαστος καὶ τάλαντον ἔφερε· καὶ τοῖς φίλοις δὲ τοῦ
D βασιλέως καὶ τοῖς περὶ τὴν θεραπείαν αὐτοῦ πολλῶν ταλάντων δῶρα παρέσχετο. θαυμάσας δὲ Πτολεμαῖος τὸν παῖδα αἰτεῖν ἃ

6 ἀπέδωκε Iosephus. 7 ἔφη AW, om P. 10 ἔδησεν] ἐδέσμησεν A. 14 ἀρρωγός A.

opus sit. neque vero putabat ultra decem talenta petiturum ad munera regi offerenda. illo acceptis litteris Alexandriam eunte, reliqui Iosephi liberi paternis amicis scribunt ut Hyrcanum per insidias e medio tollant. sed puer reddita procuratori epistola, quot talentis opus esset rogatus, cum mile petiisset ac decem tantum accepisset, iratus hominem in vincula coniicit. Ptolemaeus vero misit ad eum, seque mirari dixit cur in conspectum suum non venisset ac paternum procuratorem vinxisset. illo respondente se venire noluisse donec munera parasset, ac servum ob contumaciam multasse, risit rex, pueri magnanimitatem admiratus. enimvero Arion procurator cum intelligeret opem sibi ferri a nemine, datis mile talentis, vinculis liberatur. Hyrcanus autem centum pueros robustissimos et litterarum gnaros talento singulos emit, et totidem virgines tantidem. aliis igitur dena talenta regi offerentibus, iis vero qui munificentiores esse studebant vicena non supergressis, Hyrcanus pueros et virgines regi et Cleopatrae obtulit quorum quilibet singula talenta afferrent: regiis porro amicis et ministris multorum talentum munera dedit. Ptolemaeus autem puerum admiratus, ut peteret quae vellet hor-

βούλεται προετρέπετο. ὁ δὲ οὐδὲν ᾔτησεν ἢ τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς γράψαι περὶ αὐτοῦ. ὃ ποιήσας ὁ βασιλεύς, καὶ βασιλικῶς αὐτῷ δωρησάμενος, ἐξέπεμψεν. οἱ δὲ ἀδελφοὶ μαθόντες ἐπανιόντα μετὰ τιμῆς, ἐξῆλθον ὑπαντήσοντες αὐτῷ καὶ διαφθεροῦντες, μηδὲ τοῦ πατρὸς κωλύσαντος ὑπ' ὀργῆς τῆς διὰ τὴν τῶν χρημάτων δαπάνην. ἐπιθεμένων δέ οἱ τῶν ἀδελφῶν πολλοί τε τῶν σὺν αὐτοῖς ἔπεσον, καὶ ἐξ αὐτῶν δύο. δείσας οὖν διὰ ταῦτα εἰς τὸ πέραν ἀπῆλθε τοῦ Ἰορδάνου καὶ ἐπολέμει τοῖς Ἄραψι, καὶ P I 204
βᾶριν ἐκεῖ πολυτελῆ ᾠκοδόμησε, καὶ κατέσχε τὰ ἐκεῖ μέρη ἐπὶ ἔτη ἑπτά, ἐφ' ὅσον ὁ τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου υἱὸς Σέλευκος τῆς Συρίας ἐκράτησε. τούτου δὲ θανόντος, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου τοῦ Ἐπιφανοῦς καλουμένου, φοβηθεὶς ὁ Ὑρκανὸς αὐτὸν αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γίνεται· καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ ὁ Ἀντίοχος ἔλαβε.

19. Τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ Ἐπιφανὴς Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου κρατῶν, δύο παῖδας νεωτάτους πάνυ καταλιπών, ὧν ὁ μὲν Φιλομήτωρ ἐκέκλητο, Φύσκων δέ γε ὁ ἕτερος. τούτων καταφρονήσας Ἀντίοχος στρατεύει ἐπ' Αἴγυπτον· ἀλλ' ἀπεκρούσθη B
ταύτης, τῶν Ῥωμαίων ἀπέχεσθαι τῆς χώρας ἐντειλαμένων αὐτῷ. ἐκεῖθεν δ' ἐπανιὼν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ὥρμησε, καὶ κατέσχε τὴν πόλιν ἀμαχητί, ἀνοιξάντων αὐτῷ τὰς πύλας ὅσοι τῆς ἐκείνου γνώμης ἐτύγχανον. θανόντος γὰρ Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Ἀντίοχος τὴν τιμὴν παρέσχεν. ὀργισθεὶς

7 τῶν om A. 16 λικών A.

Fontes. *Cap.* 19. *Iosephi Ant.* 12 4 § 11 — 6 § 4.

tatus est. is vero non aliud petiit nisi ut patri et fratribus de se scriberet. id fecit Ptolemaeus, eumque regaliter donatum ablegavit. fratres vero cognito honorifico eius reditu obviam egressi sunt eius perimendi causa, ne patre quidem refragato ex iracundia ob insumptam pecuniam. fratribus eum adortis cum ex eorum satellitibus multi, tum ipsorum duo ceciderunt. quamobrem territus et ultra Iordanem profectus bellum Arabibus intulit; et sumptuoso castello exstructo partes illas per septem annos tenuit, quamdiu magni Antiochi filius Seleucus Syriae potitus est. cui cum frater Antiochus Epiphanes successit, prae metu illius necem sibi conscivit; cuius pecuniam Antiochus accepit.

suspicionem et odium venit, hoc modo. cum ei regis filia desponsa esset, mulierem ancillam insano amore deperibat, neglectaque coniuge servae amplexibus indulgebat. id Herodes aegre ferens puellam Phasaeli filio iungit: sed aliquanto post tum de priore delicto expostulat, tum ut alteram filiam ducat postulat, ancillae amorem iam deferbuisse ratus. ille ancilla et puero ex ea nato dimissis, se regis filiam ad diem trigesimum ducturum pollicetur. quo tempore elapso, tantus eius amoris ardor erga ancillam fuit, ut pactis conventis neglectis in adamatae mulierculae stupris volutaretur. id Herodis furorem accendit: ac subinde novi aliquid exortum est, quod eum quietum esse non pateretur. ad haec Salome filiis Mariammae infesta, filiae quoque suae Aristobulo nuptae suasit ne marito bene cuperet, sed si quid arcani loqueretur, id sibi renuntiaret. ea vero dicebat, adolescentes meminisse matris, patrem odisse: minitari se regno potitos Herodis liberos ex aliis mulieribus natos, paganos scribas effecturos, ipsas mulieres ita inclusuros ut ne solem quidem intuerentur. quae cum rex ex improbissimae Salomae indicio cognosceret, dolenter ferebat, sed rem componere tentabat, auditaque filiorum defensione mitigabatur.

20. Φερώρας δ' αὖθις τὰ πράγματα συνετάραξεν, εἰπὼν Ἀλεξάνδρῳ ἀκηκοέναι Σαλώμης λεγούσης ἐρᾶν τὸν Ἡρώδην Γλαφύρας. Ἀλέξανδρος δὲ πρὸς τὸν λόγον ἐκ ζηλοτυπίας τετάρακτο, καὶ τὴν ὀδύνην οὐκ ἐνεγκὼν τὰ ὑπὸ τοῦ Φερώρα λεχθέντα τῷ πατρὶ κατεμήνυσεν. ὁ δ' Ἡρώδης περιπαθήσας καὶ τὸ τῆς διαβολῆς ἐψευσμένον οὐ φέρων θορυβηθείς τε μεταπέμπεται τὸν Φερώραν, καί "κάκιστε" εἶπε, "τοιαῦτα καθ' ἡμῶν λαλήσας πότερον οἴει λόγον εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ παιδὸς ἢ ξίφος εἰς τὴν
C δεξιὰν αὐτοῦ ἐμβαλεῖν;" Φερώρας δὲ Σαλώμην ἔφη ταῦτα συμπείσειν, κἀκείνης εἶναι τοὺς λόγους. ἡ δὲ ἀπηρνεῖτο καὶ τῶν τριχῶν ἐπεδράττετο καὶ ἐστερνοτυπεῖτο, διὰ δὲ τὴν τῶν τρόπων οὐκ ἐπιστεύετο κακοήθειαν. τέλος δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀπεπέμπετο, τὸν υἱὸν δὲ τῆς ἐγκρατείας ἐπῄνεσε καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν τοὺς λόγους ἀνενεγκεῖν.

Ἕτερον δέ τι συνέπεσε ταραχὰς αὖθις ἐγεῖραν κατὰ τὴν οἰκίαν τῷ βασιλεῖ. ἦσαν αὐτῷ εὐνοῦχοι διὰ κάλλος σπουδαζόμενοι, ὧν ὁ μὲν οἰνοχοεῖν ὁ δὲ δεῖπνον προσφέρειν ὁ δὲ κατευνάζειν αὐτὸν ἐτέτακτο. τούτους ὑπ' Ἀλεξάνδρου χρήμασι διαφθα-
D ρῆναι μηνύεται. καὶ βασάνοις ἐκδοθέντες οἱ ἐκτομίαι μῖξιν μὲν αὐτῶν γενέσθαι πρὸς τὸν νεανίαν ἀνωμολόγουν, ἄλλο δὲ οὐδὲν

6 οὐ] μὴ A. 10 συμπείσειν ABC et aliquot codices Iosephi Ant. 16 7 5, ubi nunc συνθῆσαι legitur. PW συνθεῖναι ex coniectura Wolfii. fortasse συμπεῖθειν vel συμπεῖσαι, si emendatione opus est. 11 τῶν ἐπιτρόπων A. 16 σπουδαζόμενοι διὰ κάλλος A.

Fontes. *Cap.* 20. *Iosephi Ant.* 16 7 § 4—8 § 6.

20. Pheroras deinde res denuo turbavit: dixit enim Alexandro se ex Salome audivisse Herodem Glaphyrae amore captum esse. qua oratione turbatus Alexander, ac zelotypiae dolorem non ferens, quod ex illo audierat patri indicavit. Herodes vero magno dolore affectus et ementitae calumniae impatiens ac turbatus arcessito Pherora "pessime" inquit, "istis contra nos dictis utrum te verba infigere animo filii, an dextram eius armare gladio censes?" Pheroras respondit Salomen haec comprobaturam, et illius esse ea verba. cui quamvis neganti et capillum vellicanti et pectus plangenti ob insitam morum improbitatem fides non habebatur. tandem rex et fratrem et sororem ablegat, filio ob continentiam et relatos ad se sermones collaudato.

Caeterum aliud quiddam accidit quo tumultus in aedibus regiis est renovatus. habebat Herodes eunuchos ob formae elegantiam caros, quorum uni pincernae, alteri dapiferi munus assignarat, tertius ipsi a somnis erat. ii ab Alexandro pecunia corrupti esse dicebantur. et quaestionibus adhibiti, rem secum habuisse adolescentem confessi sunt,

κατὰ τοῦ πατρὸς συνειδέναι τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ἐπιτεινόντων δὲ
τῶν βασανιζόντων τὰς μάστιγας, ἔλεγον ὡς εἴη δυσμένεια καὶ
μῖσος Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τὸν πατέρα, παραινοίη δὲ Ἡρώδην μὲν
ἀπεγνωκέναι διὰ τὸ γῆρας, αὐτῷ δὲ προσέχειν, ὡς τῆς βασι-
λείας αὐτῷ περιελευσομένης κἂν μὴ βούληται ὁ πατήρ, καὶ διὰ
τὸ γένος καὶ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων καὶ τῶν φίλων διάθεσιν.
τούτων ἀκούσας Ἡρώδης περίφοβος ἦν καὶ πρὸς πάντας ὑπο-
ψίας εἶχε καὶ μίση, πολλοῖς δὲ τῶν φίλων καὶ τὴν εἰς τὰ βασί- P I 249
λεια πρόσοδον ἀπηγόρευσε. πάντων δ' αἴτιος ἐτύγχανεν ὁ Ἀντί-
πατρος. πρῶτον μὲν οὖν ὅσους ᾤετο πιστοὺς Ἀλεξάνδρῳ βασά-
νοις ὁ Ἡρώδης ἐξήταζεν εἴ τι κατ' αὐτοῦ τολμηθὲν εἰδείησαν·
οἱ δὲ ἀπέθνησκον οὐδὲν ἔχοντες λέγειν. εἷς δέ τις τὰς βασάνους
μὴ φέρων εἶπε λέγειν Ἀλέξανδρον, ἐπαινούμενον διὰ τὸ τοῦ σώ- W I 178
ματος μέγεθος καὶ τὸ εὐστόχως βάλλειν ἐκ τόξου καὶ τἆλλα, ὅτι
εἴ τι παρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δίδοται καλὸν ἢ ἐξ ἀσκήσεως προσε-
γένετο, εἰς δυστύχημα περιίσταται· ἄχθεσθαι γὰρ ἐπὶ τοῖς καλοῖς B
αὐτοῦ τὸν πατέρα. προσετίθει δὲ ὡς καὶ βουλεύσαιτο σὺν Ἀρι-
στοβούλῳ ἐν κυνηγεσίῳ ἀνελεῖν τὸν πατέρα καὶ εἰς Ῥώμην φυγεῖν
τὴν βασιλείαν μετελευσόμενος. εὑρέθη δὲ καὶ γράμματα Ἀλε-
ξάνδρου πρὸς τὸν ὅμαιμονα μὴ δίκαια λέγοντα ποιεῖν τὸν πατέρα
προτιμῶντα τὸν Ἀντίπατρον. ἐπὶ τούτοις συλλαβὼν ἔδησε τὸν
Ἀλέξανδρον. ἔσπευδε δὲ καὶ μεῖζόν τι λαβεῖν τεκμήριον κατὰ

14 ὅτι om A.

sed de patre nullius consilii se conscios esse Alexandro affirmarunt. verum tortoribus flagra intendentibus adiecerunt, intercedere Alexandro inimicitias et odium cum patre, seque ab eo monitos ut Herode ob senectutem destituto sibi auscultarent, ad quem regnum vel invito patre venturum esset, tum ob genus tum propter ducum et amicorum erga se benevolentiam. his auditis Herodes in metu fuit, omnes suspectos atque invisos habuit, multis amicorum aditu regiae interdixit: quarum rerum omnium causa erat Antipater. primum igitur, quos Alexandro fidos esse putabat, quaestionibus adhibitos examinabat numquid ei facinoris alicuius, quo ipse peteretur, conscii essent: illi vero cum quod dicerent non haberent, cruciatibus immoriebantur. quidam tamen tormentorum dolore victus dixit, Alexandrum, cum ob proceritatem corporis, sagittandi peritiam caeterasque dotes laudaretur, dixisse, si quid sibi praeclari vel a natura tributum vel studio comparatum esset, id sibi calamitati esse, quod pater suis bonis doleret. adiecit, eum cum Aristobulo consilia agitasse de patre in venatione occidendo et vindicandi regni causa Romam confugiendo. sunt et litterae Alexandri inventae, quibus ad fratrem scribebat, patrem inique facere qui Antipatrum ipsis anteferret. ob haec Alexandrum in vincula coniecit. sed evidentius

τοῦ υἱοῦ, ἵνα μὴ προπετῶς δόξῃ αὐτὸν δεδεκώς. πολλοὺς οὖν
καὶ τῶν ἐν τέλει βασανίζων διέφθειρε, μηδὲν εἰπόντας οἷον ἐκεῖ-
C νος ᾤετο. ὡς δέ τις τῶν νεωτέρων ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἐγένετο,
ἐπιστέλλειν ἔλεγε τὸν Ἀλέξανδρον τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις, ἀξιοῦντα
κληθῆναι ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, μηνύσοντα Μιθριδάτην τὸν βασι-
λέα Πάρθων τῷ πατρὶ φιλιωθέντα κατὰ Ῥωμαίων· εἶναι δὲ αὐτῷ
καὶ φάρμακον κατεσκευασμένον ἐν Ἀσκάλωνι. ταῦτα Ἡρώδης
τῆς προπετείας ἐλογίζετο παραμύθιον. τὸ μέντοι φάρμακον
εὐθὺς ζητηθὲν οὐχ εὑρέθη. διὰ δὲ τὴν τῶν κακῶν ὑπερβολὴν
ὁ Ἀλέξανδρος φιλονείκως διατεθείς, καὶ βουληθεὶς ἀμύνασθαι
D τοὺς ἐχθροὺς ἵν' αὐτῷ συναπόλωνται, γράμματα πέπομφε τῷ
πατρὶ ὡς οὐδὲν δεῖ βασανίζειν· μελετηθῆναι γὰρ τὴν ἐπιβουλήν,
καὶ ταύτης μετέχειν τόν τε Φερώραν καὶ τοὺς πιστοτάτους αὐτῷ
τῶν φίλων· Σαλώμην δὲ καὶ νύκτωρ ἐπεισελθοῦσαν αὐτῷ μιγῆ-
ναι καὶ ἄκοντι· ἀλλὰ καὶ πάντας εἰς ταὐτὸν ἥκειν, ἵν' ἐκ μέσου
αὐτοῦ γεγονότος ἀπαλλαγεῖεν τοῦ ἀεὶ φθαρήσεσθαι προσδοκᾶν.

Ἀρχέλαος δὲ ὁ τῶν Καππαδοκῶν βασιλεὺς ταῦτα μαθών,
καὶ ἀγωνιῶν ὑπέρ τε τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κηδεστοῦ, παρα-
γέγονε, καὶ εὐφυῶς μετῄει τῶν λυπούντων τὴν ἐπανόρθωσιν,
τοῦ μὲν νεανίσκου καταγινώσκων, ἐπιεικῆ δὲ τὸν Ἡρώδην ἀπο-
P I 250 καλῶν· τόν τε γάμον διαλύειν ἔλεγε. τοιαῦτα δὲ λέγοντος τοῦ

1 "alter e regiis δεδυκώς, Colberteus δεδοικώς" Ducangius. 5 μηνύσοντα A, μηνύσαντα PW. 7 κατεσκευασμένον A, κατασκευασμένον PW. 9 εὐθὺς om A. 16 γεγονότος αὐτοῦ A. 21 ἔλεγε διαλύειν A.

argumentum quaesivit, ne filium temere vinxisse videretur. ac multos insignes viros in quaestionibus occidit, nihil tale elocutos quale exspectabat. sed quidam adolescens fidiculis contentis dixit Alexandrum ab amicis Romanis petiisse ut a Caesare vocaretur, ad indicium faciendum de Mithridate Parthorum rege, qui cum patre amicitiam contra Romanos iniisset: eundem habere venenum Ascalone praeparatum. haec temeritatem Herodis consolata sunt. ac venenum statim quaesitum est, sed non inventum. Alexander autem malorum magnitudine exacerbatus, ut inimicos ulcisceretur et una secum in exitium traheret, ad patrem scripsit, nihil opus esse quaestionibus: nam se insidias cogitasse, earumque socios esse Pheroram et intimos eius amicos: Salomen vero etiam noctu cubiculum ingressam secum invito rem habuisse: enimvero omnes in eo consentire ut ipso e medio sublato perpetuo exitii metu liberentur.

Caeterum Archelaus Cappadocum rex, iis cognitis, de filia et genero sollicitus Hierosolyma venit, artificiose molestias sedare conatus. nam adolescentem accusabat, et Herodem aequum vocabat, seque dirempturum esse coniugium profitebatur. illo ea dicente Herodes sae-

Ἀρχελάου ἐνεδίδου τῆς χαλεπότητος ὁ Ἡρώδης καὶ κατήνεκτο πρὸς λύπην καὶ δάκρυα, ἐδεῖτό τε μὴ λύειν τὸν γάμον ἀλλὰ χαλᾶν τὴν ὀργὴν ἐφ᾽ οἷς ὁ νεανίσκος ἡμάρτηκεν. Ἀρχέλαος δὲ ἤδη μαλαχθέντα τὸν Ἡρώδην θεώμενος εἰς ἄλλους τὰς αἰτίας μετέφερε, καὶ μᾶλλον εἰς τὸν Φερώραν. ὁ δὲ πρὸς Ἀρχέλαον ἐτράπετο, ἵν᾽ ἔσοιτο πρὸς Ἡρώδην αὐτῷ διαλλακτής. καὶ ὃς συνεβούλευεν αὐτῷ, βέλτιον εἶναι δι᾽ ἑαυτοῦ προσιέναι τῷ ἀδελφῷ καὶ δεῖσθαι, πάντων ὁμολογοῦντα αἴτιον ἑαυτόν· μαλάξαι γὰρ οὕτω τὸ σκληρὸν τῆς ὀργῆς· καὶ αὐτὸς δὲ παρὼν συλλήψεσθαι ἐπηγγέλλετο. πείθεται ὁ Φερώρας. καὶ Ἀλέξανδρος μὲν τῶν B αἰτιῶν ἀπελύετο, Ἀρχέλαος δὲ τῷ Ἡρώδῃ τὸν Φερώραν διήλλαξε.

21. Μετὰ καιρὸν δὲ πολὺ χεῖρον ἔσχε τὰ κατὰ τοὺς παῖδας καὶ τὴν οἰκίαν Ἡρώδῃ. Εὐρυκλῆς γὰρ ἀπὸ Λακεδαίμονος οὐκ ἄσημος τῶν ἐκεῖ, κάκιστος δὲ τὴν προαίρεσιν ἄνθρωπος, ἐπιδημήσας πρὸς Ἡρώδην δίδωσιν αὐτῷ δῶρα, καὶ πλείω λαβὼν γέγονε φίλος ἐν τοῖς μάλιστα τοῦ βασιλέως. ἦν δὲ αὐτῷ καταγωγὴ ἐν τοῖς Ἀντιπάτρου· προσῄει δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, γνωστὸς εἶναι λέγων καὶ Ἀρχελάῳ, ὅθεν καὶ τὴν Γλαφύραν τιμᾶν ὑπεκρίνετο. τούτῳ συνήθει γεγονότι Ἀλέξανδρος τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν C ἐξετραγῴδει, καὶ τὰ κατὰ τὴν μητέρα ἐδίδασκε, καὶ ἔλεγε μὴ δοκεῖν ἀνεκτά. καὶ ὁ μὲν ἀλγῶν τοιούτους λόγους πεποίητο πρὸς

1 ὁ add A. 6 αὐτῷ πρὸς ἡρώδην διαλακτής A. 7 εἶναι add A Iosephus. 13 πολὺ A Iosephus, πολὺν PW. 16 δῶρον A. 22 πεποίητο] ἐποίει A.

Fontes. *Cap.* 21. *Iosephi Ant.* 16 10 § 1—11 § 1.

vitia remissa in maerorem et lacrimas erupit, eumque rogavit ne matrimonium dirimeret, sed omissa iracundia delictis adolescentis veniam daret. Archelaus cum Herodem iam mitigatum videret, culpam in alios transferebat, Pheroram praesertim. cui roganti ut pro se apud Herodem intercederet, suasit ut ipse fratrem conveniret et oraret et culpam omnem agnosceret: sic enim iracundiae rigorem facilius mitigaturum: seque illi affore est pollicitus. paret Pheroras, per Archelaum Herodi reconciliatur, etiam Alexandro crimine liberato.

21. Verum aliquo tempore post liberi et res domesticae Herodis longe peius habebant. nam Eurycles Lacedaemonius, homo apud suos non obscurus sed pessimi animi, Herodi muneribus oblatis, et pluribus acceptis, in regis intimam amicitiam est receptus. diversabatur autem apud Antipatrum; sed et Alexandri aedes frequentabat, se Archelao quoque notum esse asserens, eaque de causa Glaphyram colere simulabat. huic in familiaritatem recepto Alexander suas tragoedias et matris interitum referebat, ac non ferenda esse illa dicebat. quae cum

τὸν Εὐρυκλῆν, ὁ δὲ πάντα τῷ Ἀντιπάτρῳ ἀνέφερεν. Ἀντίπατρος δὲ δώροις αὐτὸν ἐδεξιοῦτο καὶ ἠξίου πρὸς τὸν πατέρα τοὺς λόγους φράζειν. ὁ δὲ οὕτω τὸν βασιλέα διέθηκεν ὡς ἀμετάγνωστον W I 179 ποιῆσαι τὸ μῖσος. καὶ ὁ μὲν ἀπῄει χρηματισάμενος, Ἡρώδης δὲ τοσοῦτον πρὸς τοὺς παῖδας ἐξώργιστο ὡς μηκέτι δεῖσθαι δια- D βολῶν, ἀλλ' αὐτὸς περιεργάζεσθαι τὰ ἐκείνων καὶ παρατηρεῖν ἕκαστα.

Δύο γοῦν τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως κατ' ὀργὴν αὐτοῦ ἀπεωσμένοι τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον συνιππάζοντο καὶ δῶρα ἐξ ἐκείνου ἐλάμβανον. ὑποπτεύσας οὖν τούτους Ἡρώδης εὐθὺς ἐβασάνιζεν. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον διεκαρτέρουν, εἶτ' ἀπήγγελλον ὡς πείθοι αὐτοὺς κτεῖναι θηρῶντα τὸν Ἡρώδην Ἀλέξανδρος. καὶ ὁ φρούραρχος δὲ τοῦ Ἀλεξανδρίου ἠτάζετο ὡς ἐπαγγειλάμενος δέξασθαι τοὺς νεανίσκους ἐν τῷ φρουρίῳ. κἀκεῖνος μὲν οὐδὲν ὡμολόγει, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ταῦτα γενέσθαι κατέθετο, καὶ γράμμα P I 251 ἐπέδωκε περὶ τούτων, ὡς εἰκάσαι τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου χειρός. ὁ μὲν οὖν Ἡρώδης οὐκέτι ἐνδοιάσιμος ἦν περὶ τῆς τῶν παίδων ἐπιβουλῆς, Ἀλέξανδρος δὲ δι' Ἀντιπάτρου τὸ γραμματίδιον κακουργηθῆναι διισχυρίζετο. τότε μὲν οὖν φυλακὴ τῶν νεανίσκων ἐγίνετο, καὶ καταδίκων εἶχον ἀδοξίαν καὶ δέος. ὁ δὲ Ἀριστόβουλος τὴν ἑαυτοῦ πενθερὰν Σαλώμην συναλγεῖν οἰόμενος καὶ μισεῖν τὸν τὰ τοιαῦτα πειθόμενον, "ταῦτα καὶ σοί"

8 Δύω PW. 13 ἠτιάζετο? Iosephus αἰτίαν εἶχε. 15 γράμματα A Iosephus. 19 ἀπισχυρίζετο A.

dolenter efferetur, Eurycles omnia narrabat Antipatro; ab eoque muneribus acceptis ut eadem patri referret, sic regem commovit, ut odio implacabili arderet. hac ratione partis opibus discessit. Herodes vero tanta iracundia contra filios efferbuit, ut calumniatoribus iam nihil esset opus, sed ipse dicta factaque eorum omnia curiose indagaret atque observaret.

Cum autem duo ex regis satellitibus per iracundiam expulsi cum Alexandri ministris equitarent, ab eoque munera accepissent, Herodes statim sinistri aliquid suspicatus, quaestiones de iis habuit. ii vero principio cruciatus tolerantes, deinde narrarunt Alexandrum a se petiisse ut Herodem in venatu occiderent. sunt et de Alexandrii castelli praefecto quaestiones habitae, quasi promisisset se adolescentes castello recepturum. illo autem nihil confitente, filius eius ita factum esse affirmavit et litteras ea de re obtulit quae Alexandri manu scriptae viderentur. tum vero Herodes non iam dubitabat de filiorum insidiis, licet Alexandro Antipatri dolo id scriptum esse concinnatum affirmante. adolescentes igitur tum observabantur atque in ignominia et metu damnatorum erant. Aristobulus autem socrum Salomen vicem suam dolere et eum odisse qui talia crederet putans, "haec" inquit "tibi

ἔφη "κίνδυνον προμηνύει, διαβεβλημένη κατ' ἐλπίδα γάμων Συλαίου." τούτους ἐκείνη τοὺς λόγους εὐθὺς προσφέρει τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ δεθῆναι κελεύει καὶ ἄμφω τοὺς υἱοὺς καὶ ἀπ' B ἀλλήλων διαστῆναι, γράψαι τε ἕκαστον ὅσα κατὰ τοῦ πατρὸς ἐμελέτησαν. οἱ δὲ γράφουσιν ἐπιβουλὴν μὲν οὔτ' ἐννοῆσαι κατὰ τοῦ πατρὸς οὔτε μὴν συσκευάσασθαι, δρασμὸν δὲ μελετῆσαι, καὶ τοῦτον δι' ἀνάγκην, ὑπόπτου καὶ περιδεοῦς οὔσης αὐτοῖς τῆς ζωῆς. τότε τοίνυν ἥκοντος ἐξ Ἀρχελάου πρεσβευτοῦ ἐξῆγε τὸν Ἀλέξανδρον δεσμώτην, καὶ περὶ τῆς φυγῆς ἐπυνθάνετο ἐπ' ἀκροάσει τοῦ πρεσβευτοῦ, ὅπου καὶ πῶς ἐγνώκασιν ἀποχωρεῖν· ὁ δὲ πρὸς Ἀρχέλαον ἔφη, ἐκεῖθεν εἰς Ῥώμην συνθέμενον διαπέμψειν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἢ δυσχερὲς λογίσασθαι κατὰ τοῦ πατρός. τούτων οὕτω ῥηθέντων ὁ βασιλεὺς γράμματα πρὸς C Καίσαρα δοὺς δύο τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐν παράπλῳ τῇ Κιλικίᾳ προσσχόντας ἐντυχεῖν Ἀρχελάῳ καὶ μέμψασθαι ὅτι τῆς ἐπιβουλῆς τοῖς παισὶ συνεφάψαιτο. Ἀρχέλαος μέντοι ἀπελογεῖτο, δέξασθαι τοὺς νεανίας συνθέσθαι διὰ τὸ συμφέρον κἀκείνοις καὶ τῷ πατρί, οὐ μὴν πρὸς Καίσαρα πέμψειν. εἰς Ῥώμην δὲ ἀποκομισθέντες οἱ τῶν ἐπιστολῶν κομισταὶ ταύτας δεδώκασι Καίσαρι. ὁ δὲ ἀντεπέστειλεν, ἄχθεσθαι ἐπὶ τοῖς παισίν, ἐπ' ἐκείνῳ δὲ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν ποιεῖν. καὶ εἰ μέν τι ἀνόσιον πεποιήκασιν, ἐπεξιέναι ὡς πατραλοίας, εἰ δὲ δρασμὸν ἐνενόησαν, D ἄλλως νουθετήσαντα μηδὲν ἀνήκεστον διαπράξασθαι. συμβου-

1 γάμου A. 2 Συλλαίου Iosephus. 15 προσχόντας PW.

quoque periculum denuntiant, cui spes nuptiarum Sylaei crimini datur." ea verba mulier statim ad fratrem defert. qui utrumque filium vinctum seorsim custodiri ac singulatim scribere iubet quae contra patrem meditatus esset. illi scribunt se insidias contra patrem neque animis agitasse neque comparasse, sed fugam spectasse necessario, quod vitam sollicitam et suspectam degerent. tum igitur Alexandrum vinctum eduxit, praesente et audiente Archelai legato, et de fuga percontatus est, quo et quomodo discedere voluerint. ille vero, ad Archelaum, respondit, qui pollicitus esset se eum inde Romam missurum; nihil autem aliud gravius in patrem cogitasse. his dictis rex duos e suis Romam ad Caesarem cum litteris misit, ac iussit navi ad Ciliciam appulsa cum Archelao expostulare quod insidiarum filiis suis adiutor fuisset. Archelaus vero respondit se promisisse adolescentes suscepturum, propter et ipsorum et patris utilitatem, sed ad Caesarem missurum fuisse negavit. illi Romam profecti Caesari litteras reddiderunt. qui rescripsit, se dolere propter eius filios, sed omnem ipsi auctoritatem dare: qui si facinus impium in se admiserint, puniendos pro parricidis; sin fugam duntaxat cogitarint, in eos verbis castigatos nihil gravius consulendum.

λεύειν δ' αὐτῷ περὶ Βηρυτὸν συναγαγόντα συνέδριον, καὶ παραλαβόντα τοὺς ἡγεμόνας καὶ τὸν τῶν Καππαδοκῶν βασιλέα Ἀρχέλαον καὶ ὅσους τῶν ἄλλων οἶδεν ἐπιφανεῖς ἀξιώμασι, μετ' ἐκείνων τὸ δέον σκοπεῖν.

22. Ταύτην δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ἡρώδης ἐκάλει πρὸς τὸ συνέδριον οὓς ἐβούλετο, Ἀρχέλαον δι' ἔχθραν παραιτησάμενος, ἢ καὶ ἐναντιωθήσεσθαι τῇ γνώμῃ νομίζων αὐτοῦ. ἤδη δὲ συνηγμένων τῶν τε ἡγεμόνων καὶ τῶν ἄλλων, κατηγόρει τῶν
P I 252 παίδων ὁ βασιλεύς, καὶ τὰ δι' αὐτῶν ἐκείνων γραφέντα ὑπανεγίνωσκεν· ἐν οἷς οὐδὲν ἐγέγραπτο ἕτερον ἢ ὅτι φυγεῖν βουλεύοιντο, καὶ λοιδορίαι τινὲς εἰς αὐτὸν ὀνείδη διὰ τὴν δύσνοιαν ἔχουσαι. καὶ τέλος εἰπὼν καὶ ἐκ τῆς φύσεως καὶ ἐκ τοῦ Καίσαρος αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν δοθῆναι, καὶ νόμον προσέθηκε πάτριον, ὃς ἐκέλευεν, εἴ του κατηγορήσαντες οἱ γονεῖς ἐπιθοῖεν τὰς χεῖρας τῇ κεφαλῇ, τοὺς περιεστῶτας τοῦτον ὀφείλειν λιθολευστεῖν καὶ οὕτως
W I 180 ἀποκτείνειν. ὅπερ ἔλεγε δύνασθαι καὶ αὐτὸς ἐν τῇ πατρίδι καὶ τῇ βασιλείᾳ ποιεῖν, ἀναμεῖναι δὲ τὴν ἐκείνων κρίσιν. ταῦτα τοῦ
B Ἡρώδου εἰπόντος οἱ συνεδριάζοντες τὴν ἐξουσίαν ἐκύρουν αὐτῷ, τῶν νεανίσκων μηδὲ παρηγμένων εἰς τὸ συνέδριον· καὶ τινὲς μὲν κατεψηφίζοντο τῶν τοῦ Ἡρώδου υἱῶν, ἀλλ' οὐ μέντοι καὶ κτείνειν, οἱ δέ γε πλείους καὶ θανάτῳ κολάζειν αὐτοὺς ἀπεφαίνοντο. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύετο τὸ συνέδριον. Ἡρώδης δὲ ἧκεν εἰς

7 νομίζων τῇ γνώμῃ αὐτοῦ A. 10 ἕτερον om A. φυγὴν A. 11 δυσγένειαν A. 20 τοῦ add A. 22 διελύετο A, διελέλυτο PW.

Fontes. *Cap.* 22. *Iosephi Ant.* 16 11 § 1—17 1 § 3.

consultum autem videri sibi ut convocato Beryti concilio, et ducibus atque Cappadocum rege Archelao et aliis viris dignitate illustribus adhibitis, quid statuendum esse videatur deliberet.

22. Herodes hac epistola accepta ad concilium vocavit quos voluit, Archelao, sive quod eum oderat sive quod voluntati suae refragaturum putabat, praeterito. ducibus et caeteris iam congregatis, rex filios accusat, recitatis ipsorum scriptis: quae nihil aliud continebant praeter fugae consilium et convitia quaedam patri malevolentiam exprobrantia. postremo dixit, et a natura et a Caesare potestatem sibi datam esse; legemque patriam adiecit, quae iuberet, si quem parentes manibus illius capiti impositis accusarent, eos qui circumstarent, necessario lapidibus reum occidere. quod cum ipse domi in patria facere potuisset, illorum tamen suffragia exspectasse. haec Herode locuto, qui in consilio aderant, adolescentibus nec in medium productis, auctoritatem ei confirmarunt: ac nonnulli sane adolescentes condemnarunt, non tamen capitis; plerique capitis etiam eos condemnarunt. concilio

Τύρον, καὶ τοὺς παῖδας ἄγων. ὡς δὲ ἦλθον εἰς Καισάρειαν, μετέωροι πάντες ἦσαν, ποῖ τὰ κατὰ τοὺς νεανίας χωρήσειεν ἐκδεχόμενοι· καὶ τοῖς μὲν γινομένοις ἐδυσχέραινον, οὐκ ἦν δὲ ἀκίνδυνον οὔτε τι ὑπὲρ ἐκείνων εἰπεῖν οὔτ' ἀκούειν ἑτέρου λέγοντος, ἀλλ' ὀδυνηρῶς μὲν ἀναύδως δὲ τοῦ πάθους ἔφερον τὴν ὑπερβολήν.

Στρατιώτης δέ τις ὀνόματι Τήρων, υἱοῦ αὐτοῦ καθ' ἡλι- C
κίαν ὄντος Ἀλεξάνδρῳ φίλου, πολλὰ καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἔλεγε, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα δὲ παρρησιασάμενος μόνος μόνῳ ἐντυχεῖν ἠξίου. καὶ ἐνδόντος "ποῖ ποτέ σοι" ἔφη "ὁ περιττὸς ἐκεῖνος νοῦς; τίς δὲ ἡ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν ἐρημία; εἶτα οὐ σκέψῃ τί τὸ πραττόμενον, εἰ δύο νεανίας ἐκ βασιλίδος σοι γυναικὸς γενομένους εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἄκρους ἀναιρήσεις, σεαυτὸν ἐν γήρᾳ καταλιπὼν ἐφ' ἑνὶ παιδὶ καὶ συγγενέσιν ὧν αὐτὸς τοσαυτάκις κατέγνως θάνατον; οὐκ ἐννοήσεις ὅτι καὶ τῶν ὄχλων ἡ σιωπὴ διὰ μέγεθος τοῦ πάθους ἐστί, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ ἔλεον μὲν τῶν ἀτυχούντων, μῖσος δὲ τῶν ταῦτα ἐργαζομένων ἐσχήκασιν;" D
ἤκουε ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἐν ἀρχῇ οὐκ ἀγνωμόνως. ὁ δὲ Τήρων ἀμέτρῳ καὶ στρατιωτικῇ χρώμενος παρρησίᾳ τὸν Ἡρώδην ἐτάραξε. καὶ πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν κεκίνητο ἀγανάκτησιν, καὶ προστάττει τὸν Τήρωνα δήσαντας ἔχειν ἐν φυλακῇ. ἐπιτίθεται δὲ τῷ καιρῷ καὶ Τρύφων τοῦ βασιλέως κουρεύς, εἰπὼν ὡς ἀνα-

7 ὄνομα A. αὐτῷ A. 8 ὄντος om A. 9 δὲ om A. 17 ἐξεργαζομένων A.

sic dimisso Herodes adductis filiis Tyrum venit, inde Caesaream. ubi omnes exspectatione suspensi erant quo tandem res illorum evasurae essent; quamvis autem ea graviter ferrent, non tutum tamen erat vel quicquam de illis loqui vel aliis dicentibus audire. itaque casum illum maesto silentio dissimulabant.

Verum miles quidam nomine Teron, qui filium Alexandro aequalem atque amicum habebat, multa in populi frequentia locutus, etiam a rege petere ausus est cum eo solo colloquendi facultatem. qua impetrata "quo tandem" inquit "excellens ista prudentia abiit? quae est ista ab amicis et cognatis solitudo? non aliquando considerabis quo res evasura sit si duobus adolescentibus ex matre regina susceptis, omni virtutum genere praestantibus, interfectis tua senectus uni filio innitetur, et cognatis quos ipse toties capitis condemnasti? non cogitabis silentii populi causam esse doloris magnitudinem, totumque exercitum in calamitosos misericordiam, in calamitatis auctores odium gerere?" rex illa principio non iracunde audiebat: sed Teronis immoderata et militari libertate et militum indignatione commotus Teronem in vinculis asservari iussit. qua occasione arrepta Tryphon regis ton-

πείθοιτο πολλάκις ὑπὸ τοῦ Τήρωνος ξυρῷ τὸν λαιμὸν τοῦ βασιλέως τεμεῖν· ἔσεσθαι γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ταῦτα εἰπὼν καὶ αὐτὸς συλλαμβάνεται. καὶ ἐν βασάνοις ἦσαν ὁ Τήρων
P I 253 τε καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ὁ κουρεύς. διακαρτεροῦντος δ' ἐν ταῖς βασάνοις τοῦ Τήρωνος, ὁρῶν ὁ παῖς τὸν πατέρα χαλεπῶς διακείμενον, ἔφη μηνύσειν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, εἰ μέλλει ῥύσασθαι τῶν βασάνων τὸν πατέρα καὶ ἑαυτόν. λαβὼν δὲ πίστεις, ἔλεγεν εἶναι συνθήκην ἐπιθέσθαι τῷ βασιλεῖ δι' αὐτοχειρίας τὸν Τήρωνα. ταῦτα εἰπὼν ἐξαιρεῖται τὸν πατέρα τῆς ἀνάγκης. ὁ δ' Ἡρώδης οὐδὲν ἔτι ἐνδοιάσιμον τῇ ψυχῇ καταλελοιπὼς περὶ τὴν τεκνοκτονίαν, τέλος τῇ προαιρέσει ἐπέθετο. καὶ ἀχθέντες εἰς Σεβαστὴν Ἀλέξανδρός τε καὶ Ἀριστόβουλος ἐπιτάξαντος τοῦ πατρὸς στραγγάλῃ ἀπηγχονήθησαν. προαγαγὼν δ' εἰς
B τὸ πλῆθος τριακοσίους τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους καὶ τὸν Τήρωνα σὺν τῷ παιδὶ καὶ τὸν κουρέα κατηγόρει αὐτῶν· οὓς οἱ τοῦ πλήθους βάλλοντες τοῖς παρατυχοῦσιν ἀπέκτειναν.

Ἀντιπάτρῳ δὲ κατεργασαμένῳ τοὺς ἀδελφοὺς ἐργωδεστέρα ἦν ἡ τῆς βασιλείας ἐπιτυχία, μίσους τῷ ἔθνει φύντος πρὸς αὐτόν, καὶ μάλιστα τῷ ὁπλιτικῷ. τέως δὲ συνῆρχε τῷ πατρὶ καὶ ἐπιστεύετο παρ' αὐτοῦ. τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου γυναῖκα Ἡρώδης πρὸς τὸν πατέρα ἀνέπεμψεν. ἔτρεφε δὲ τὰ τῶν θανόντων τέκνα πάνυ ἐπιμελῶς. ἦσαν δὲ Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐκ Γλαφύρας ἄρσενες

2 τοῖς add A. 11 τεκνοκτονίαν A, τεκνογονίαν PW.
14 γενομένους om A. 21 ἀπέπεμψεν A.

sor dixit se a Terone saepius sollicitatum ut regis gulam novacula abscinderet, quo facto principem locum apud Alexandrum habiturus esset. his dictis et ipse comprehenditur: quaestiones de Terone, eius filio, et tonsore habentur. quam necessitatem patre fortiter tolerante, filius, qui quam is misere affectus esset cerneret, dixit se regi veritatem indicaturum, si patrem et se illis cruciatibus liberare vellet. fide accepta, convenisse ait ut Teron suis manibus regem occidat. his dictis patrem aerumna liberat. Herodes vero omni de filiis occidendis dubitatione sublata decretum suum exsequi statuit. itaque Alexander et Aristobulus Sebasten perducti, illius iussu laqueo praefocantur. sunt et trecenti duces rei et Teron cum filio et tonsore producti atque accusati, quos populus telis obiter arreptis interfecit.

Antipatro, cum fratres sustulisset, difficilior facta est regni adeptio, susceptis popularium odiis ac militum in primis: sed regni fuit interea cum patre particeps, qui ei fidem habebat. Alexandri uxorem ad patrem remisit Herodes. interfectorum liberos magno studio alebat. susceperat enim Alexander ex Glaphyra duos mares, Aristo-

δύο, Ἀριστοβούλῳ δὲ ἐκ Βερνίκης υἱοὶ τρεῖς καὶ δύο θυγάτρια. γέγονε δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ἐκ τῆς ἀρχιερέως θυγατρὸς Ἡρώδης υἱός. ἐννέα γὰρ τῷ βασιλεῖ συνῴκουν γυναῖκες, πάτριον ὂν καὶ C
πλείοσι κατὰ ταὐτὸν συνοικεῖν. ἦσαν δὲ ἥ τε τοῦ Ἀντιπάτρου W I 181
μήτηρ, καὶ ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ, ἐξ ἧς, ὡς εἴρηται, παῖς αὐτῷ ἐγεννήθη ὁμώνυμος. ἦν δὲ καὶ ἀδελφοῦ παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη, καὶ ἀνεψιὰ σὺν αὐτῇ, ἐξαδέλφη δηλαδή· τὰς γὰρ ἐξαδέλφας ἀνεψιὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοί, ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ καὶ παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς. ἦν δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν Ἡρώδου κὰκ τοῦ ἔθνους τῶν Σαμαρέων μία, ἧς ἦσαν παῖδες Ἀντίπας τε καὶ Ἀρχέλαος καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιάς. καὶ Κλεοπάτρα δὲ Ἱεροσολυμῖτις ταῖς τούτου γυναιξὶ συνηρίθμητο· καὶ ταύτης παῖδες Ἡρώδης καὶ Φίλιππος. καὶ Παλλὰς δὲ ἦν ἐν ταῖς αὐτοῦ γαμεταῖς, Φασάηλον πεποιημένη παῖδα αὐτῷ. καὶ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς Φαίδρα καὶ Ἐλπὶς συνῴκουν D
αὐτῷ. ἦσαν δὲ Ἡρώδῃ καὶ δύο θυγάτρια ἐκ Μαριάμ, καὶ ἐκ Φαίδρας δὲ καὶ Ἐλπίδος ἔφυσαν αὐτῷ θυγατέρες Ῥωξάνη καὶ Σαλώμη.

23. *Τοῦτο μὲν οὖν τὸ γένος Ἡρώδου· τὰ δὲ πράγματα πρὸς μόνον τὸν Ἀντίπατρον ἀφεώρων. καὶ ἦν ἅπασι φοβερός, οὐ τοσοῦτον τῇ δυναστείᾳ ὅσον τῇ τῶν τρόπων κακότητι· μάλιστα δὲ αὐτὸν Φερώρας ἐθεράπευε καὶ ἀντεθεραπεύετο. ἠναντίωτο*

1 *δύω* prius PW. 2 *τῆς τοῦ ἀρχιερ.* Iosephus. 6 *ἐγεννήθη αὐτῷ* A. 7 *ἐξαδέλφη* — 9 *νομικαῖς* additamentum Zonarae (cf. p. 462 a); item quae infra de Salomes nomine. 16 *θυγατέρες* A. 17 *δὲ* om A.

FONTES. *Cap.* 23. *Iosephi Ant.* 17 1 § 3—4 § 2.

bulus e Bernice tres filios et duas filiolas. natus est et regi e pontificis filia Herodes. habebat enim novem mulieres in matrimonio; idque more gentis, apud quam receptum erat eodem tempore plures uxores alere. inter quas fuere Antipatri mater, et filia pontificis, e qua, ut dictum est, filium sibi cognominem procreavit. fuit ei et fratris filia nupta, et consobrina cum ea (*ἀνεψιά*: sic patruelem antiqui appellabant, ut saepe apud Plutarchum et in iuris prudentum libris legere est), praeterea Samaritana quaedam, cuius filii fuere Antipas et Archelaus et Olympias filia. inter eius uxores etiam Cleopatra Hierosolymitana numerabatur, cuius filii fuerunt Herodes et Philippus. praeterea Pallas, e qua Phasaelum suscepit; ac Phaedra et Elpis, quae ei Roxanen et Salomen filias pepererunt. susceperat et e Mariamme duas filiolas.

23. Atque haec familia Herodis fuit: sed summa rerum ad solum Antipatrum spectabat, omnibus formidabilem non tam potestate quam morum improbitate: quem Pheroras maxime colebat, et ab eo vicissim

δὲ αὐτοῖς ἡ Σαλώμη, ἐναντίως ἀεὶ πρὸς τὴν τῆς κλήσεως αὐτῆς σημασίαν διακειμένη· ἡ μὲν γὰρ εἰρήνης σημαντικὸν καὶ εἰρηνικὴν εἶναι τὴν οὕτω κεκλημένην ἐδήλου, ἡ δὲ καὶ σφόδρα μάχιμος ἦν P I 254 *καὶ ἑτέρους πρὸς στάσεις καὶ μάχας καὶ συγγενείας ἀλλοτρίωσιν διεγείρουσα. αὕτη κατασκοποῦσα τὴν Ἀντιπάτρου καὶ Φερώρου οἰκείωσιν, ἔλεγε τῷ Ἡρώδῃ ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτοῦ τὴν τούτων γίνεσθαι εὔνοιαν. γνόντες οὖν ἐκεῖνοι τὴν τῆς Σαλώμης διαβολήν, ἐν τῷ φανερῷ μὲν μῖσος κατ' ἀλλήλων καὶ λοιδορίας ἦσαν ἐπιτηδεύοντες, κεκρυμμένως δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐτήρουν ὁμόνοιαν. τὴν Σαλώμην δ' οὐκ ἐλάνθανον, πάντα τε ἀνιχνεύουσαν καὶ τῷ βασιλεῖ ἀπαγγέλλουσαν συνόδους λαθραίας συμπόσιά τε καὶ ἀνέκφορα βουλευτήρια. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς τὰ πολλὰ συνίει. Φαρισαῖοι δὲ τὴν γυναικωνῖτιδα οἰκειούμενοι,* B *ἄνθρωποι μέγα φρονοῦντες ἐπ' ἀκριβώσει τοῦ πατρίου νόμου καὶ βασιλεῖ ἀντιπράττοντες, οἳ πάντων ὀμωμοκότων Καίσαρι εὐνοεῖν καὶ τῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ αὐτοὶ οὐκ ἐπείσθησαν, ὄντες ὑπερεξακισχίλιοι, τῇ δὲ γυναικὶ Φερώρου εὐνοοῦντες, προὔλεγον Ἡρώδῃ τέλος τῆς ἀρχῆς κατεψηφίσθαι παρὰ θεοῦ, νεμηθῆναι δὲ αὐτὴν Φερώρᾳ τε καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ. οὐδὲ ταῦτα τὴν τῆς Σαλώμης μοχθηρίαν διέδρα, καὶ αὐτίκα τῷ βασιλεῖ ἀπηγγέλλοντο. τῶν μὲν οὖν Φαρισαίων οἱ ἐπὶ τούτοις ἐληλεγμένοι ἀνῄρηντο, καὶ ὁ εὐνοῦχος Βαγώας, Κᾶρός τέ τις ἐπὶ σώματος*

2 σημαντικὴ A. 4 πρὸς μάχας καὶ στάσεις A. 5 σκοποῦσα — 6 αὐτοῦ om A. 7 γίνεσθαι A, γενέσθαι PW. 13 συνίη A. 15 βασιλεῖς A, βασιλεῦσι Iosephus. 16 τῷ om A. 17 εὐνοοῦντες A, εὐνοῦντες PW. 18 κατεψηφίσασθαι A. 19 τε om A. 22 ὁ om A. Κάρος PW.

colebatur. Salome vero eis adversabatur; quae rebus suo nomini contrariis (id enim pacem significat) semper studebat, non pacifica sed pugnax admodum, et alios ad seditiones, ad pugnas, ad iura cognationis et necessitudinis dirimenda incitare solita. ea explorata Antipatri et Pherorae coniunctione, Herodi ait eorum benevolentiam in ipsius fraudem tendere. cuius illi calumnia intellecta, quamvis clam concordiam colerent, publice autem mutuis odiis et convitiis certarent, Salomen tamen non fefellerunt, indagantem omnia et regi nuntiantem, occulta conciliabula, compotationes et consilia arcana: quae ipse etiam pleraque intelligebat. Pharisaei vero gynaeconitide sibi conciliata, homines accurata patriae legis observatione tumidi, regi adversabantur. nam cum caeteri omnes in fidem Caesaris et regis Herodis iurassent, illi soli refragati sunt, plus quam sex milium numero. et quia Pherorae coniugi bene cupiebant, praedixerunt regnum Herodi divinitus abrogatum Pherorae eiusque posteris attributum esse. ne haec quidem Salomes improbitatem latuerunt quin statim regi renuntiarentur. Pharisaei autem orationis illius convicti, eunuchus Bagoas, Carus quidam excellenti

κάλλει διαπρεπὴς καὶ Ἡρώδου ὢν παιδικά, καὶ ἕτεροι τῶν περὶ C τὸν βασιλέα, ὡς συνίστορες. εἶτα συνέδριον καθίσας ὁ βασιλεὺς τῆς Φερώρου γυναικὸς κατηγόρει καὶ ἀπηρίθμει πολλὰ αἰτιάματα, καὶ τέλος πρὸς τὸν Φερώραν τὸν λόγον τρέψας "δεῖν" ἔλεγε "καὶ πρὶν αὐτοκέλευστόν σε διὰ ταῦτα τὸ γύναιον ἀποπέμψασθαι. νῦν γοῦν εἰ τῆς ἐμῆς συγγενείας ἀντιποιῇ, τὴν μετ' αὐτῆς συμβίωσιν παραιτοῦ." ὁ δὲ πρότερον θανεῖν αἱρεῖσθαι ἀνταπεκρίνατο ἢ ζῶν ἀπεστερῆσθαι τῆς γυναικός. ἐντεῦθεν Ἡρώδης Ἀντιπάτρῳ καὶ τῇ ἐκείνου μητρὶ Φερώρᾳ συνομιλεῖν ἀπηγόρευσεν ἢ ταῖς γυναιξὶ συνιέναι. οἱ δὲ κατετίθεντο, συνῄεσαν δὲ ἀλλήλοις καὶ συνεκώμαζον ᾗ καιρός. Ἀντίπατρος δὲ D τὴν ὀργὴν τοῦ πατρὸς ὑφορώμενος γράφει τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις, ἐπιστέλλειν Ἡρώδῃ στέλλειν πρὸς Καίσαρα τὸν Ἀντίπατρον. πέμπεται γοῦν εἰς Ῥώμην μετὰ δώρων Ἀντίπατρος, φέρων καὶ διαθήκην Ἡρώδου αὐτῷ τὴν ἀρχὴν διδοῦσαν, εἰ δὲ φθάσει θανών, Ἡρώδῃ τῷ ἐκ τῆς ἀρχιερέως γενομένῳ θυγατρός. W I 182 Φερώραν δέ, μὴ ἀφιέντα τὴν γυναῖκα, ἀναχωρεῖν ἐπέταττεν ὁ Ἡρώδης. καὶ ὃς ἐπὶ τὴν τετραρχίαν ἀπῆρεν, ὀμόσας οὐ πρότερον ἥξειν ἢ πύθοιτο τελευτῆσαι τὸν ἀδελφόν. ὥστε καὶ νοσήσαντος τοῦ βασιλέως κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσεν, ἵνα μὴ παραβαίη P I 255 τὸν ὅρκον. Ἡρώδης δ' ὕστερον Φερώρα νοσήσαντος ἧκε πρὸς ἐκεῖνον αὐτόκλητος, καὶ θανόντα ἐτίμησεν.

6 ἀντιποιῇ συγγενείας A. 8 ἀπεκρίνατο A. ἀποστερεῖσθαι A. 16 θυγατρὶ γενομένῳ· φερώρα δὲ A.

forma Herodis amasius atque alii regii tanquam arcanorum conscii interfecti sunt. deinde rex indicto concilio Pherorae coniugem multis criminibus in medium adductis accusavit, ac denique oratione ad Pheroram conversa "his de causis" inquit "muliercula pridem ultro tibi repudianda fuit. at nunc saltem si frater meus perhiberi cupis, illius consuetudinem vitato." ille vero se mortem praeoptare potius respondit quam ut vivens uxorem deserat. ex eo Herodes Antipatro et matri eius Pherorae consuetudinem, et mulieribus ne inter se convenirent interdixit. qui etsi id pollicerentur, tamen per tempus comissatum conveniebant. Antipater vero patris iram metuens, ab amicis petit ut Herodi scribant ut se Romam mittat. ita pater eum cum muneribus in urbem mittit, testamentum ferentem quo ei regnum legabatur: sin ipsi aliquid accidisset, Herodi ex filia pontificis genito. Pheroram, cum uxorem non repudiaret, discedere iussit. is vero cum in tetrarchiam suam abiret, iuravit se ante auditum fratris obitum reverti nolle. unde factum ut nec rege aegrotante arcessitus venerit, ne iusiurandum violaret. Herodes vero postea Pheroram aegrotantem ultro invisit et mortuo honorem habuit.

Ἡ δὲ Φερώρου τελευτὴ ἀρχὴ κακῶν τῷ Ἀντιπάτρῳ ἐγένετο, τιννυμένου τοῦ θείου τῆς ἀδελφοκτονίας αὐτόν. ἀπελεύθεροι γὰρ δύο τῶν Φερώρᾳ τιμίων ἠξίουν Ἡρώδην μὴ ἐᾶσαι τὸν ἀδελφὸν ἀνεκδίκητον φαρμάκῳ διαφθαρέντα. ταῦτα πιστὰ δοκοῦντα εἰς ἐξέτασιν τὸν βασιλέα ἐκίνησαν, καὶ ἐβασανίζοντο γυναῖκες δοῦλαί τε καὶ ἐλεύθεραι. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι ἐνεκαρτέρουν B *ἐχεμυθοῦσαι, μία δέ τις ἄλλο μὲν ἔφη οὐδέν, θεὸν δ' ἐπεκαλεῖτο, τοιαύταις ἀνάγκαις τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα περιπεσεῖν, ὡς κακῶν αἰτίαν. τοῦτο εἰς πλείονα τὸν Ἡρώδην ἐκίνησεν ἔρευναν· καὶ πάντα σφοδροτέραις βασάνοις αἱ γυναῖκες περιβληθεῖσαι πεποιήκασιν ἔκπυστα, τοὺς κώμους καὶ τὰς κρυπτὰς συνόδους, καὶ λόγους Ἀντιπάτρου πρὸς τὰς γυναῖκας γενομένους Φερώρου, μῖσος πρὸς τὸν πατέρα, ὀλοφύρσεις πρὸς τὴν μητέρα ὅτι ἐπιμήκιστον ἡ ζωὴ παρατέταται τῷ πατρί, ὡς μηδ' αἰσθέσθαι τῶν τῆς βασιλείας ἡδέων, εἴποτε αὐτῷ γένηται, διὰ γῆρας* C *ἤδη αὐτῷ ἐπικείμενον· καὶ ἄλλα δὲ πλείω καὶ τοῦ πατρὸς καθαπτόμενα αἱ γυναῖκες ἔλεγον. τούτοις ἤδη καταγνοὺς Ἀντιπάτρου ὁ βασιλεὺς ἀφαιρεῖται μὲν τὴν ἐκείνου μητέρα τὴν Δωρίδα τὸν περὶ αὐτὴν πάντα κόσμον ταλάντων ὄντα πολλῶν, αὐτὴν δὲ ἀποπέμπεται. μάλιστα δ' ἐξώτρυνε κατὰ τοῦ υἱοῦ τὸν Ἡρώδην ἐπίτροπος ἐκείνου Ἀντίπατρος, ἄλλα τε κατειπὼν ἐν τῷ βασανίζεσθαι, καὶ ὅτι φάρμακον δοίη Φερώρᾳ, ἐντειλάμενος δοῦναι*

1 *τῷ* om A. 3 *ἡρώδη* A. 7 *ἐχεθυμοῦσαι*, corr. *ἐχεμυθοῦσαι*, A.

Caeterum Pherorae exitium Antipatro malorum fuit initium, numine fratricidium eius ulciscente. nam duo honorati Pherorae liberti rogarunt Herodem ne fratris necem veneno sublati inultam esse pateretur. quod cum probabile videretur, regem ad rem certius indagandam permovit: habitae sunt quaestiones de mulieribus ingenuis et ancillis. caeteris cum silentio cruciatus tolerantibus, una quaedam nihil aliud dixit nisi quod deum precata est ut Antipatri mater, malorum auctor, tali necessitate urgeretur. ea oratio regem ad diligentiorem inquisitionem perpulit: ac mulieres cruciatibus auctis arcana omnia detexerunt, comissationes, occultos congressus, sermones Antipatri cum Pherorae mulieribus habitos, odium patris, lamentationes apud matrem, quod pater diutissime viveret, itaque se suavitatis imperii sensu cariturum, si quando id adipisceretur, ob urgentem iam senectutem. haec atque alia plura, quae patrem quoque tangerent, mulieres referebant. ob quae rex Antipatro iam apud animum suum condemnato matrem eius Doridem repudiat, et omnem ei mundum eripit, pretii multorum talentum. in primis tamen Herodem contra filium inflammavit Antipater procurator illius, cum alia in quaestionibus confessus, tum illud, cum

αὐτὸ τῷ πατρὶ παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ, ἵν' εἴη ἀνύποπτος μὴ παρών, καὶ τοῦτο τὸν Φερώραν φυλάσσειν δοῦναι τῇ γυναικί. D
καὶ ἡ γυνὴ δὲ ὡμολόγει, καὶ ἀπιοῦσα κομίσαι τὸ φάρμακον, ἐκ τοῦ τέγους ἔρριψεν ἑαυτήν, οὐ μὴν ἐτελεύτησε. καὶ ἀνακτηθεῖσαν πάλιν ἠρώτα ὁ βασιλεύς· ἡ δὲ ὤμοσε πάντα ἐρεῖν ὡς ἐπέπρακτο. καὶ λαβεῖν ἔφη τὸ φάρμακον παρὰ τοῦ ἀνδρός, ἡτοιμασμένον ἐπ' αὐτὸν τὸν πατέρα ὑπ' Ἀντιπάτρου. νοσήσαντος δὲ Φερώρα, ἐπεὶ ἐλθὼν αὐτὸς ἐθεράπευε τὸν ἀδελφόν, ὁρῶν σου τὴν εὔνοιαν ἐκεῖνος "πρὸς ἐμέ" ἔφη "κόμισον ὦ γύναι τὸ φάρμακον, καὶ κατάκαυσον ἐπ' ὄψει ἐμῇ." κἀγὼ αὐτίκα ὡς ἐκεῖνος ἐνετέλλετο ἔπραττον, τὸ μὲν πλεῖστον πυρὶ παραδοῦσα, P I 256
ἑαυτῇ δ' ὑπολειπομένη ὀλίγον, ἵν' αὐτῷ χρησαίμην εἰ μεταστάντος Φερώρου κακά μοι παρὰ σοῦ ἀπαντᾷ. παρῆγε δὲ εἰς τὸ μέσον τὴν πυξίδα τε καὶ τὸ φάρμακον. κατηγορεῖτο δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γυνή, ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ, ὡς συνίστωρ ἁπάντων· ἣν αὐτίκα ἐξέβαλε, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἀπήλειψε τῶν διαθηκῶν, εἰς τὸ βασιλεῦσαι μεμνημένων ἐκείνου. καὶ τὸν πενθερὸν Σίμωνα τὸν τοῦ Βοηθοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφείλετο, ἕτερον δὲ καθιστᾷ τὸν τοῦ Θεοφίλου Ματθίαν.

24. Ἐν τούτῳ δὲ ἀπελεύθερος Ἀντιπάτρου Βάθυλος B
ἀπὸ Ῥώμης παρῆν φάρμακον κομίζων τῇ τοῦ Ἀντιπάτρου μητρὶ καὶ Φερώρᾳ· ὃς ἐξεταζόμενος ἔλεγε πεμφθῆναι αὐτό, ἵν' εἰ μὴ

1 αὐτῷ τῷ A. περὶ, corr. παρὰ, A. 3 καὶ prius om A.
5 ἠρώτα πάλιν A. 13 φερώρα A. 20 Βάθυλλος Iosephus.
22 ἐξεταζόμενος A, ἐταζόμενος PW.

FONTES. *Cap.* 24. *Iosephi Ant.* 17 4 § 3—5 § 7.

Pherorae venenum dedisse, ac mandasse ut id patri per absentiam suam, quo minus suspectus esset, offerret: Pheroram autem id uxori asservandum dedisse. mulier id fatebatur, atque ad venenum afferendum egressa, de tecto se praecipitem dedit; nec tamen illo casu mortua est. recreata igitur et denuo a rege interrogata iuravit se rem omnem ut gesta esset expondituram. dixit autem se venenum a marito accepisse ab Antipatro contra ipsum patrem praeparatum: sed cum aegrotante Pherora ipse rex fratrem coram coluisset, Pheroram eius benevolentia perspecta sibi dixisse ut venenum afferret atque in conspectu suo cremaret. se statim dicto audientem, maxima parte in ignem coniecta, parum sibi reservasse, quo uteretur si post mariti obitum a rege male tractaretur. ipsam quoque pyxidem cum veneno in medium protulit. accusata est et regis uxor, pontificis filia, quam statim eiecit, eiusque filium ex testamento delevit, in quo ut regis eius mentio fiebat: et socero Simoni Boethi filio pontificatu abrogato Matthiam Theophili filium successorem dedit.

24. Interea Bathylus Antipatri libertus Roma adest, patroni matri et Pherorae venenum ferens: qui in tormentis dixit, id missum

τὸ πρότερον ἅπτοιτο τοῦ πατρός, τούτῳ γοῦν κατεργασθείη. W I 183 ἐπεφέρετο δὲ καὶ γράμματα παρὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ τῷ Ἡρώδῃ φίλων, κατηγορίαν ποιούμενα Ἀρχελάου καὶ Φιλίππου, ἐν Ῥώμῃ διαγόντων ἐπὶ μαθήμασιν, ὡς τάχα τὸν πατέρα κατηγορούντων ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ δεδοικότων καὶ περὶ ἑαυτοῖς. ταῦτα δὲ μεγάλων μισθῶν τῷ Ἀντιπάτρῳ ἐπράττετο. Ἡρώδης δ' ἐπικρυψάμενος τὴν ὀργὴν ἐκέλευε μὴ βραδύνειν· καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ μέμψεις ἐπάγων, ἐπηγγέλλετο ἀναθήσεσθαι C ταύτας αὐτῷ ὁπότε ἀφίκοιτο. τούτοις τοῖς γράμμασι περὶ Κιλικίαν ἐνέτυχεν. ἐν Τάραντι δὲ τὴν Φερώρου μαθὼν τελευτὴν δεινῶς ἤνεγκεν, οὐ δι' εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι μὴ φθάσας, ὡς ὑπέσχετο, τὸν Ἡρώδην ἀναιρῆσαι, ἀπέθανε. καταχθεὶς δὲ εἰς τὸν λεγόμενον Σεβαστὸν λιμένα, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Καίσαρος οὕτω καλούμενον, ἐν προὔπτοις ἦν ἤδη τοῖς κακοῖς, μή τινος αὐτῷ προσιόντος μήτε προσαγορεύοντος. παρῆν δ' ἐν Ἱεροσολύμοις, Οὐάρου τοῦ τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντος συνεδρεύοντος Ἡρώδῃ, κληθέντος ἐπὶ συμβουλῇ περὶ τῶν ἐνεστηκότων. καὶ εἰσῄει τὰ βασίλεια πορφυρίδα ἔτι φορῶν. οἱ γοῦν ἐπὶ ταῖς θύραις δέχονται μὲν τὸν Ἀντίπατρον, τοὺς δὲ φίλους ἀνείργουσιν. ἐθορυβεῖτο D δὲ ἤδη κατανοῶν οἷ ἐληλύθει, ἐπεὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἀσπάσασθαι προσιόντα ἀπώσατο, ἀδελφοκτόνον τε καλῶν καὶ ἐπίβουλον αὐτοῦ τῇ ζωῇ, ἀκροατήν τε τούτων καὶ δικαστὴν ἔσεσθαι

4 μάθησιν A. 5 περὶ] παρ' A. 6 ἐπράττετο A, ἐγένετο PW: Iosephus οἱ φίλοι τῷ Ἀντιπάτρῳ συνέπρασσον. 9 περὶ] παρὰ A. 10 τὴν AW Iosephus, τοῦ P. 17 εἰσῄει A, εἰσίει PW. 20 ἤδη om A. 22 αὐτῷ A.

esse ut, si prius patrem non attigisset, vel hoc eum conficeret. afferebat etiam litteras Roma ab amicis Herodis, quibus Archelaus et Philippus, Romae studiorum gratia degentes, accusabantur quasi patrem fraternarum caedium reum agerent ac sibi ipsis timerent. eae litterae magnis largitionibus Antipatro constiterunt. Herodes vero ira occultata eum maturare iussit, et de matre eius quaedam conquestus, eum se arbitrum sumpturum dixit, ubi redisset. eas litteras in Cilicia accepit: sed Pherorae obitum Tarenti cognitum aegerrime tulit, non ex benevolentia, sed quod ille Herodem non ut receperat, ante suum obitum sustulisset. cum in portu Augusto, cui id nomen a Caesare est inditum, appulisset, mala sua in conspectu habuit, nemine obviam eunte, nemine alloquente. venit autem Hierosolyma, Varo Syriae praetore in concilio assidente, quem Herodes arcessierat ut de rebus praesentibus cum eo consultaret. regiam ingreditur purpuratus adhuc: a ianitoribus admittitur, amicis eius exclusis. et quo redactus esset cogitans turbatur, praesertim cum a patre, ad quem salutandum accedebat, repelleretur et fratricida atque insidiator vocaretur, quarum rerum audi-

τὴν αὔριον τὸν Οὔαρον ἔλεγε. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοιούτοις κακοῖς ᾤχετο, ὑπαντῶσι δ' αὐτῷ ἥ τε μήτηρ καὶ ἡ γυνή (αὕτη δὲ ἦν παῖς Ἀντιγόνου τοῦ πρὸ Ἡρώδου βασιλεύσαντος)· παρ' ὧν ἅπαντα ἐκμαθὼν πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεσκευάζετο. τῇ δ' ἑξῆς συνήδρευον Ἡρώδης καὶ Οὔαρος, συνῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀμφοῖν φίλοι καὶ οἱ συγγενεῖς Ἡρώδου καὶ οἱ μηνυταὶ τῶν Ἀντιπάτρῳ μελετωμένων καὶ δοῦλοι μητρῷοι τοῦ Ἀντιπάτρου, ἐπιστολὴν P I 257 φέροντες αὐτῆς, μὴ ἐπανήκειν, ὡς πάντων τῷ πατρὶ πιστῶν ἡγουμένων, μόνην τε ἂν καταφυγὴν αὐτῷ λείπεσθαι Καίσαρα καὶ τὸ μὴ γενέσθαι τῷ πατρὶ ὑποχείριον. Ἀντιπάτρου δὲ προσπεσόντος τῷ πατρὶ καὶ δεομένου ἀκροάσασθαι αὐτοῦ καὶ οὕτω ψηφίσασθαι, τοῦτον μὲν εἰς μέσον ἀπάγειν ἐκέλευεν, αὐτὸς δὲ ὠλοφύρατο τὴν τῶν παίδων διάθεσιν καὶ ὅτι τὸ γῆρας αὐτοῦ περιέστηκεν εἰς Ἀντίπατρον, τεθηπέναι τε ἔλεγεν ὅπως Ἀντίπατρος ἐπὶ τοιαῦτα χωρήσειε, διάδοχος μὲν τῆς ἀρχῆς γεγραμμένος, ζῶντος δ' αὐτοῦ τὰ πάντα δυνάμενος, καὶ ἀντὶ τούτων B πρὸς τὸν αὐτοῦ φόνον ἐρεθίζων τοὺς συγγενεῖς. ταῦθ' ἅμα λέγων εἰς δάκρυα τρέπεται. καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος κατηγόρει τοῦ Ἀντιπάτρου, πάντα ἑξῆς διηγούμενος. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι κατ' Ἀντιπάτρου αὐτεπάγγελτοι ἔλεγον. Οὔαρος δὲ Νικολάου παυσαμένου τῶν λόγων ἐκέλευε τὸν Ἀντίπατρον ἀπολογεῖσθαι. ὁ δ' ἐπὶ στόμα ἔκειτο

8 ἡκόντων εἰς πύστιν Iosephus. legendum ἐκπύστων γενομένων Wolfius. 9 αὐτῷ om A. 12 ἐκέλευσεν A. 18 τρέπεται εἰς δάκρυα A.

torem et iudicem postridie Varum fore. cum in tantis malis abiret, occurrunt ei mater et uxor, filia Antigoni eius qui ante Herodem regnavit: e quibus toto negotio cognito se ad iudicium parabat. postridie Herodes et Varus consederunt, convenerunt utriusque amici et cognati Herodis et consiliorum Antipatri indices et materni servi Antipatri, epistolam mulieris ferentes, qua filium monebat ne rediret: patrem enim rescisse omnia, et unum ei confugium superesse Caesarem: caveret ne in patris manus incideret. cum autem Antipater supplex ante patrem procubuisset, obtestans ut se audito demum sententiam ferret, Herodes eum in medium produci iubet, ipse filiorum in se scelus et senectutem suam deplorat quae in Antipatrum impegisset, ac se mirari dicit quo consilio talia facinora suscepisset Antipater, qui et successor in testamento scriptus esset et se vivente posset omnia, ac tanta beneficia sic remuneraretur ut cognatos ad caedem suam instigaret. haec dicenti lacrimae eruperunt. Nicolaus vero Damascenus iussu regis Antipatrum accusavit, cunctis ordine commemoratis: sed et alii multi ultro in illum orationes habuerunt. Varus, postquam Nicolaus peroraverat, Antipatrum se defendere iussit: ille vero pronus humi iacens

ἀνατετραμμένος, τὸν θεὸν ἐπικαλούμενος ἐπιμαρτυρῆσαι αὐτῷ μηδὲν ἀδικεῖν. ὡς δ' οὐδὲν παρ' Ἀντιπάτρου ἐλέγετο πλὴν τῆς C ἀνακλήσεως τοῦ θεοῦ, τὸ φάρμακον εἰς τὸ μέσον ἐνεχθῆναι ἐκέλευσε. καὶ κομισθέντος, τῶν ἐπὶ θανάτῳ τις ἑαλωκότων πίνειν κεκέλευστο, καὶ πιὼν εὐθὺς ἔθανε. καὶ Οὔαρος ἐξαναστὰς ἀπῄει τοῦ συνεδρίου, Ἡρώδης δὲ αὐτίκα ἔδησε τὸν Ἀντίπατρον· καὶ εἰς Ῥώμην ὡς Καίσαρα γράμματα πέμπει περὶ αὐτοῦ.

25. Ἑάλω δὲ τότε καὶ ἐπιστόλιον ὑπ' Ἀντιφίλου σταλὲν πρὸς Ἀντίπατρον, φράζον "ἔπεμψά σοι τὴν παρὰ Ἀκμῆς ἐπιστολήν, μὴ φεισάμενος τῆς ἐμῆς ψυχῆς. οἶσθα γὰρ ὅτι αὖθις κινδυνεύω ὑπὸ δύο οἰκιῶν, εἰ γνωσθείην. σὺ δ' εὐτυχοίης περὶ W I 184 τὸ πρᾶγμα." ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑτέραν ἐζήτει ἐπιστολήν. D καὶ ὁ τοῦ Ἀντιφίλου δοῦλος μὴ λαβεῖν ἑτέραν ἀπισχυρίζετο. ἰδὼν δέ τις τὸν ἐντὸς τοῦ δούλου χιτῶνα ὑπερραμμένον, εἴκασεν ἐκεῖ κεκρύφθαι τὸ γραμμάτιον· καὶ εἶχεν οὕτως. λαμβάνουσιν οὖν τὴν ἐπιστολὴν δηλοῦσαν ὡς "Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ. ἔγραψα τῷ πατρί σου οἵαν ἤθελες ἐπιστολήν, καὶ ἀντίγραφον ποιήσασα τῆς πρὸς τὴν ἐμὴν κυρίαν ὡς παρὰ Σαλώμης ἐσταλμένης, ἔπεμψα, ὃ ἐπελθὼν οἶδα ὡς τιμωρήσεται Σαλώμην." ἡ δὲ πρὸς Ἡρώδην ἐπιστολὴ τοιάδε ἦν "ἔργον ἐγὼ ποιουμένη μηδέν σε λανθάνειν τῶν κατὰ σοῦ γινομένων, εὑροῦσα ἐπιστολὴν Σαλώμης

5 ἀπέθανε A. 10 οἶσθα — γνωσθείην om A et codex Colberteus. 16 Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ om A et codex Colberteus. 21 τῶν κατὰ σοῦ γινομένων A Iosephus, κατὰ τῶν τοῦ γενομένων P, τῶν κατὰ τοῦ γενομένων W.

Fontes. *Cap.* 25. *Iosephi Ant.* 17 5 § 7—6 § 4.

deum invocabat ut suam innocentiam testaretur. cum autem nihil praeter dei obtestationem afferret, venenum in medium afferri et cuidam capitis condemnato dari iussit: qui eo epoto statim exanimis concidit. quo facto Varus surrexit et e concilio abiit, Herodes vero statim vinxit Antipatrum: et Romam ad Caesarem de eo scripsit.

25. Interceptum est eodem tempore epistolium ab Antiphilo ad Antipatrum missum in hanc sententiam "misi tibi Acmes epistolam, nulla vitae meae ratione habita. nosti enim mihi, si deprehensus fuero, a duabus familiis imminere periculum. tibi, quod agis, velim bene vertat." rege alteram Antiphili epistolam requirente, servus illius negabat se alteram accepisse. sed quidam conspicatus servi tunicam subsutam, illic latere epistolium recte coniectavit. quod ita habebat "Acme Antipatro. scripsi patri tuo litteras quales voluisti, et exemplum litterarum quas Salome ad dominam meam scripserit misi: qua lecta scio ei Salomen poenas daturam." epistola vero ad Herodem huiusmodi fuit "cum in eo elaborem ne quid earum rerum quae contra te parantur ignores,

